








SILAS WRIGHT DUNNING
BEQUEST
UNIVERSITY OF MICHIGAN
GENERAL LIBRARY





COLLECTION DE TEXTES
POUR SERVIR A L'ÉTUDE ET A L'ENSEIGNEMENT DE L'HISTOIRE

GRÉGOIRE DE TOURS

HISTOIRE DES FRANCS

LIVRES VII-X

TEXTE DU MANUSCRIT DE BRUXELLES

Bibliothèque royale de Bruxelles, ms. 9403

AVEC INDEX ALPHABÉTIQUE

PUBLIÉ PAR

GASTON COLLON



PARIS
ALPHONSE PICARD ET FILS, ÉDITEURS
Libraire des Archives nationales et de la Société de l'École des Chartes
82, RUE BONAPARTE, 82

1893

16

GRÉGOIRE DE TOURS

HISTOIRE DES FRANCS

LIVRES VII-X

MACON, PROTAT FRÈRES, IMPRIMEURS

COLLECTION DE TEXTES

POUR SERVIR A L'ÉTUDE ET A L'ENSEIGNEMENT DE L'HISTOIRE

GRÉGOIRE DE TOURS

HISTOIRE DES FRANCS

LIVRES VII-X


TEXTE DU MANUSCRIT DE BRUXELLES

Bibliothèque royale de Bruxelles, ms. 9403

AVEC INDEX ALPHABÉTIQUE

PUBLIÉ PAR

GASTON COLLON



PARIS

ALPHONSE PICARD ET FILS, ÉDITEURS

Libraires des Archives nationales et de la Société de l'École des Chartes

82, RUE BONAPARTE, 82

1893

INTRODUCTION

La méthode suivie dans la publication des quatre derniers livres de l'*Histoire de France*, de Grégoire de Tours, est la même que celle qui a présidé à la publication des six premiers.

Le manuscrit 9403 de la bibliothèque royale de Bruxelles, qui nous donne les quatre derniers livres dans l'état à la fois le plus complet et le plus voisin du texte primitif[1], a été, comme le manuscrit de Corbie, scrupuleusement reproduit, sous la forme que lui a donnée un scribe peu lettré de la fin du VIIIe ou du commencement du IXe siècle. Nous y avons ajouté en note les corrections nombreuses faites par un réviseur contemporain plus instruit.

On trouvera donc avant tout dans cette édition une reproduction aussi fidèle qu'il nous a été possible des plus anciens et des meilleurs manuscrits de l'histoire de Grégoire de Tours.

---

1. Le manuscrit, mutilé, s'arrête au cours du chapitre 29 du livre X. — Nous avons donné la fin du chapitre 29 et les chap. 30 et 31 d'après les *Monumenta*, en les distinguant par un artifice typographique; ils sont imprimés en petit texte.

Elle présente d'abord un intérêt philologique, et permet à l'érudit de prendre sur le vif les modifications de l'orthographe du latin, d'étudier l'influence qu'exerçait sur elle la langue parlée, et de se rendre compte de l'état de l'enseignement dans les écoles monastiques à la fin du VIII[e] et au commencement du IX[e] siècle.

Mais on pourra rechercher aussi dans ces volumes une édition de Grégoire de Tours d'un format commode, édition que nous ne possédons pas encore. En vue de faciliter aux historiens l'intelligence du texte, nous avons pris soin de donner en note la bonne leçon, toutes les fois que la leçon du manuscrit rendait la phrase obscure ou inintelligible.

A la fin de ce volume, on a ajouté un index alphabétique des noms propres des deux fascicules réunis; pour chacun de ces noms propres, nous avons donné toutes les formes que l'on rencontre dans notre texte, les groupant par des renvois autour de la forme commune; toutefois, nous avons négligé de différencier les formes en *ensis*, des formes *insis*, et quelques autres variantes d'un usage trop fréquent pour qu'il soit utile d'y insister.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI VII.

Fol. 181. Col. 327-328.

1. *Corr.* Guntrhamnus. — 2. *Corr.* Parisius. — 3. *Corr.* Riguntbis.

1. *Corr.* Vincenti. — 2. *Corr.* conlocutione. — 3. *Corr.* phytonissa.

EXPLICIUNT CAPITULA[3].

---

1. *Corr.* pręsentis. — 2. *Corr.* Toronicos. — 3. *Add.* libri VI.

Col. 329.

INCIPIT LIBER SEPTIMVS.

[I.] Licet sit studium historiam prosequi, quam priorum librorum ordo reliquid[1], tamen prius aliqua de beati Salvii obitu exposcit loqui devocio[2], qui hoc anno obisse probatur. Hic enim, ut ipse referre erat solitus, diu in habitu saeculario mundialis[3] causas est exsecutus; numquam tamen se
Col. 182 v° in his concupiscenciis || oblegans[4], quibus aduliscentum animus solitus est inplicari. Iam cum divini spiramenti odor interna viscerum attigisset, relicta saeculari milicia, monasterium expetivit; intellexitque vir iam tunc divinitati deditus, melius esse uti papertatem[5] cum Dei timorem[6], quam saeculi pereuntis lucra sectari. In quo monasterio diu sub regula a patribus instituta versatus est. Iam vero cum in robore maiori tam intellectus quam aetatis effectus esset, defuncto abba[7], qui huic monasterio praeerat, alendi gregis suscepit
Col. 330. officium; et qui se magis fratribus puplicum pro||correccione reddere debuerat, adsumpto honore, remocior[8]. Ideo sibi secreciorem cellolam querit[9]; nam in priore, ut ipse asserebat, amplius quam novem vicibus, nimia excesus abstinencia, pellem corporis demutavit. Denique accepto honore, cum in hac contentus parsimonia orationi et lectione[10] vacaret, illud plerumque revolvebat, melius sibi fieri, esset[11] inter monachos occultus, quam nomen acceperit[12] abbatis in populus[13]. Quid plura? Includitur vale dicens fratribus, sibique ipsis vale dicentibus. In qua inclusione in omni
Fol. 183. abstinencia, magis quam prius egerat[14], commoratur; ||studens pro caritatis obsequio, ut cum quisque venisset extraneus, et oracionem tribuerit[15] et eoglogias graciam plenissimam ministraret[16], quae multis infirmis plerumque salutem integram detullerunt[17]. Quodam autem tempore, febre nimia exaustus, hanillus[18] iacebat in lectulo; et ecce subito magno

1. *Corr.* reliquit. — 2. *Corr.* devotio. — 3. *Corr.* saeculari mundiales. — 4. *Corr.* obligans. — 5. *Corr.* paupertate. — 6. *Corr.* timore. — 7. *Corr.* abbate. — 8. *Corr.* remutior. — 9. *Corr.* cellulam querit. — 10. *Corr.* lectioni. — 11. *Corr.* ut esset. — 12. *Corr.* acciperet. — 13. *Corr.* populos. — 14. *Corr.* erat. — 15. *Corr.* tribuere. — 16. *Corr.* eulogias gratia plenissima ministrare. — 17. *Corr.* detulerunt. — 18. *Corr.* hanelus.

lumine cellola [1] clarificata contremuit. Ad [2] ille, extensis ad caelum manibus, cum graciarum accione [3] spiritum exaltavit [4]. Mixto quoque|| ululatum [5] monachi cum ipsius genetrice [6] Col. 331. corpus defuncti extrahunt, aqua diluunt, vestimentis induunt et feretro superponunt, adque in psallencio fletuque labentem exegunt [7] noctem. Mane autem facto, funeris officio praeparatus [8], corpus movere [9] coepit in feretro. Et ecce malis robiscentibus [10], vir, quasi de gravi somno excitatus, excutitur, apertisque oculis, manibus elevatis, ait : « O Domine misericors, quid fecisti mihi, ut me [11] hunc tenebrosum mundanae habitacionis [12] locum redire permitteris [13], cum mihi melior esset in caelo tua misericordia quam istius mundi vita nequissima ? » Stupentibus autem suis et interrogantibus, quid fuerit tale prodigium, nihil interrogantibus ille respondit. Surgens autem de feretro, nihil mali senciens || de incommodo quod laboraverat, triduum [14] absque cibi et Fol. 183 v° poculi perstetit [15] alimento. Die autem tercio convocatis monachis et matrem [16], ait : « Audite, o delectissimi [17], et intellegite, quia nihil est, quod cernitis in hoc mundo; sed sunt iuxta id quod Solomon propheta cecinit : *Omnia vanitas* [18]. Filix [19] est enim que [20] ea agere potest in sęculo, ut gloriam Dei cernere mereatur in cęlo. » Et cum hec [21] diceret, dubitare cepit [22], utrum loqueretur [23] amplius an sileret. Quo tacente, inplicatus fratrum pręcibus, ut quid vidisset exponeret, ait : « Cum me ante hos quatuor [24] dies, contremescente cellola [25], exanimem vidistis, adprehensus a duobus angelis in cęlorum excelsa sublatus sum, ita ut non solum hunc squalidum sęculum, verum etiam solem ac lunam, nubes ac sidera sub pedibus habere putarem. Deinde per portam luce ista clariorem introductus sum in illud habitaculum, in quo omni [26] pavimentum erat quasi aurum argentumque renitens, lux ineffabiles [27], amplitudo inenarrabilis;

---

1. *Corr.* cellula. — 2. *Corr.* At. — 3. *Corr.* gratiarum actione. — 4. *Corr.* exalavit. — 5. *Corr.* ululatu. — 6. *Corr.* genitrice. — 7. *Corr.* labente exigunt. — 8. *Corr.* praeparato. — 9. *Corr.* moveri. — 10. *Corr.* rubescentibus. — 11. *Corr.* me in. — 12. *Corr.* habitationis. — 13. *Corr.* permitteres. — 14. *Corr.* triduo. — 15. *Corr.* perstitit. — 16. *Corr.* matre. — 17. *Corr.* dilectissimi. — 18. Eccl. 1, 2. — 19. *Corr.* Felix. — 20. *Corr.* qui. — 21. *Corr.* hęc. — 22. *Corr.* coepit. — 23. *Corr.* loquęretur. — 24. *Corr.* quattuor. — 25. *Corr.* cellula. — 26. *Corr.* omne. — 27. *Corr.* ineffabilis.

quam ita multitudo promiscui sexus obtexerat, ut longitudo Fol. 184. ac latitudo || catervae prosus pervidere[1] non possit. Cumque nobis via inter cumprementes[2] ab his qui precedebant angelis pararetur, pervenimus ad locum, quem iam de longinquo contemplabamus; in quo superpendebat nubes omne[3] luce lucidior, in quo non sol, non luna, non astrum cerni poterat, set[4] super his omnibus naturali luce splendidius efful-Col. 332. gebatur[5], et vox procedebat e nubi[6], tam||quam vox aquarum multarum. Ibi etiam me peccatori[7] humiliter salutabant viri in veste sacerdotali ac seculari[8], quos mihi[9] precedebant[10] enarraverunt esse marthires ac confessores, quos hic summo excolemus famolatu[11]. Stans igitur in loco in quo iussus sum, operuit me odor nimiae suavitatis, ita ut ab hac suavitate refectus, nullum adhuc cybum potumque desiderarem. Et audivi vocem dicentem : « Revertatur hic in sæculo, quoniam necessarius est aeclesiis nostris. » Vox enim audiebatur; nam qui loqueretur pęnitus cerni non poterat. Et ego prostratus super pavimento[12] cum fletu dicebam : « Heu, heu, Domine, quur mihi hęc ostendisti, si ab his frustrandus eram! Ecce hodie eiecies[13] me a facię tua, ut revertar ad Fol. 184 v° sęculum fragilem et hic ultra redire non valeam. || Ne, queso, Domine, auferas misericordiam tuam a me, set[4] deprecor ut permittas me hic habitare, ne illic decidens peream. » Et ait vox, que[14] loquebatur mihi : « Vade in pace. Ego enim sum custus[15] tuus; donec reducam te in hoc loco[16]. » Tunc relictus a comitibus meis, discedens cum fletu, per portam quam[17] ingressus fueram hic sum regressus. » Hęc eo loquente, stupentibus cunctis qui aderant, coepit iterum sanctus Dei cum lacrimis dicere : « Vę mihi qui talem[18] misterium ausus sum revelare. Ecce enim odor suavitatis, quam de loco sancto hauseram, et in quo per hoc triduum sine ullo cybo potumque[19] sustentatus sum, recessit a me. Set[20] et lingua mea gravibus est operta vulneribus et ita

---

1. *Corr.* prorsus pervideri. — 2. *Corr.* comprimentes. — 3. *Corr.* nubis omni. — 4. *Corr.* sed. — 5. *Corr.* effulgebat. — 6. *Corr.* nube. — Cf. Apoc. 14, 2. — 7. *Corr.* peccatorem. — 8. *Corr.* sęculari. — 9. *Add.* qui. — 10. *Corr.* pręcedebant. — 11. *Corr.* excolimus famulatu. — 12. *Corr.* pavimentum, et. — 13. *Corr.* eicies. — 14. *Corr.* qui. — 15. *Corr.* custos. — 16. *Corr.* hunc locum. — 17. *Corr.* qua. — 18. *Corr.* tale. — 19. *Corr.* potuque. — 20. *Corr.* Sed.

tumefacta, ut omne os meum videatur inplere[1]. Et scio quia non fuit bene placitum domino Deo meo, ut hęc archana vulgarentur. Set[2] tu nosti, Domine, quia in simplicitatem[3] cordis hec[4] feci, non in iactancia[5] mentis. Sed[6], queso, indulgeas et non me derelinquas iuxta pollicitacionem[7] tuam. » Et hęc dicens siluit, et accepit cybum potumque. Ego vero hęc scribens, vereor ne alicui legenti sit incredibile, iuxta id quod Salustius, storiam scribens, ait : *Ubi de virtute adque gloriam*[8] *bonorum memores, quę sibi quisque facilia factu*[9] *putat,* || *aequo animo accipit; supra ea veluti* Fol. 185. *facta pro falsis ducit.* Nam testor Deum omnipotentem, quia ab ipsius orae || omnia quae retuli audita cognovi. Post haec Col. 333. multo[10] vero tempus ipse vir beatus a cellola[11] sua extractus, ad aepiscopatum electus, invitus est ordinatus. In quo, ut opinor, decimo anno[12] cum ageret, invalescente apud Albigensem urbem inguinario morbo et maxima iam parte de populo illo defuncta, cum iam pauci de civibus remanerent, vir beatus tamquam bonus pastor numquam ab illo loco recedere voluit ; sed semper ortabatur eos, qui relicti fuerant, oratione[13] incumbere ac vigiliis instanter insistere et bona semper tam in operibus quam in cogitatione versari, dicens : « Haec agite, ut, si vos Deus de hoc mundo vocare voluerit, non in iuditium, sed in requiem introire possetis[14]. Cum autem, ut credo, iam revelante Domino, tempus suae vocationis agnosceret, ipse sibi sarcofagum conposuit, corpus abluit, vestem induit; et sic intento semper caelo beatum spiritum exalavit. Fuit autem magnae sanctitatis minimaeque cupiditatis, aurum numquam habere volens. Nam, si coactus accipisset[15], protinus erogabat. Cuius tempore cum Mummolus patricius multos cap||tivos ab ea urbe duxisset, prose- Fol. 186. cutus ille omnes redemit. Tantamque ei Dominus graciam[16]

---

1. *Corr.* implere. — 2. *Corr.* sed. — 3. *Corr.* simplicitate. — 4. *Corr.* heç. — 5. *Corr.* iactantia. — 6. *Corr.* sed. — 7. *Corr.* pollicitationem. — 8. *Corr.* gloria. — Cf. de Catilinæ conjur. c. 3. — 9. *Corr.* facto. — 10. *Corr.* post multum. — 11. *Corr.* cellula. — 12. *Corr.* decimum annum. — 13. *Corr.* orationi. — 14. *Corr.* possitis. — 15. *Corr.* accepisset. — 16. Fol. 185 v° *vacat, et initio fol.* 186 *octo lineæ et semis iterum scriptæ et erasæ a verbis :* Cum autem ut credo, *cum variantibus :* sarcofacum -accepisset -pauperibus erogabat -multus. — 17. *Corr.* gratiam.

cum populo illo tribuit, ut ipsi etiam qui captivos duxerant et de precio ei concederent et in reliquo munerarent; et sic patriae suae captivos liberati[1] pristinę restauravit. Multaque de hoc viro bona audivi; sed dum ad historia acceptum[2] reverti cupio, plurima premitto[3].

II. Defuncto igitur Chilpirico, inventamque[4], quam diu quesierat, mortem[5], Aurilianinsis[6] cum Blesinsibus iuncti super Dunensis inruunt[7] eosque inopinantes prosternunt; Fol. 186 v° domus[8] annonasque || vel que[9] movere ab eleno[10] poterant Col. 334. incendio tradunt, pecora di||ripiunt adque[11] res quas levare poterant sustullerunt[12]. Quibus discendentibus[13], coniuncti Dunensis[14] cum reliquis Carnotenis, de vestigio subsecontur, simile[15] sorte eos adficientes, qua ipsi adfecti fuerant, nihil in domibus vel extra domus[16] vel de domibus relinquentes. Cumque adhuc inter se iurgia commoventes deservirent[17], et Aurilianensis[18] contra hos arma concuterent, intercedentibus comitibus, pax usque in audiencia data est; scilicet ut in die, quo iudicium[19] erat futurum, pars, que[20] contra partem iniuxte[21] exarserat, iusticia mediante, conponerit[22]. Et sic a bello cessatum est.

III. Vidastis cognomentum[23] Avius, qui ante hos annus[24] Lupum Ambrosiumque pro amore uxoris Ambrosii interfece- Fol. 187. rat[25] et ipsam sibi, que[26] || consubrina[27] sua esse dicebatur, in matrimonio acceperat, dum multa scelera infra Pectavum terminum perpetraret, quodam loco cum Hilderico Saxone coniunctus, dum se invicem convitiis lacesserent, unus ex pueris Childerici Avionem hasta transfixit. Qui ad terram ruens, plurisque[28] adhuc ictibus sauciatus, iniquam animam,

---

1. *Corr.* libertati. — 2. *Corr.* historiae ceptum. — 3. *Corr.* prętermitto. — 4. *Corr.* Chilperico inventaque. — 5. *Corr.* morte. — 6. *Corr.* Aurilianinses. — 7. *Corr.* Dunenses irruunt. — 8. *Corr.* domos. — 9. *Corr.* quę. — 10. *Corr.* ab eo loco. — 11. *Corr.* atque. — 12. *Corr.* sustulerunt. — 13. *Corr.* discedentibus. — 14. *Corr.* Dunenses. — 15. *Corr.* subsecuntur simili. — 16. *Corr.* domos. — 17. *Corr.* desevirent. — 18. *Corr.* Aurilianenses. — 19. *Corr.* iuditium. — 20. *Corr.* quę. — 21. *Corr.* iniuste. — 22. *Corr.* conponeret. — 23. *Corr.* cognomento. — 24. *Corr.* annos. — 25. *Corr.* interficerat. — 26. *Corr.* quę. — 27. *Corr.* consobrina. — 28. *Corr.* pluribusque.

sanguine defluente, refudit; fuitque ultrix divina maiestas sanguinis innocentis, quem propria effuderat manu. Multa enim furta, adulteria homicidiaque miserimus[1] sępę conmiserat, que silere melius poto[2]. Conposuit tamen filiis Saxo ille mortem eius.

IIII. Interea Fredegundis regina iam viduata Parisius advenit et cum thesauris, quos infra murorum septa con-
clauserat[3], ad ęclesiam[4] confugit adque a Ragnemundo fove- Fol. 187 v° vacat.
tur episcopo. || Reliquos vero thesaurus, qui apud villam Fol. 188.
Calam remanserunt, in quibus erat missurium[5] illud aureum
quod nuper fecerat, thesaurarii levaverunt et ad Childe- Col. 335.
berto[6] regem, qui tunc apud Meldensem commo||rabatur urbem, velociter transierunt[7].

5. Fredegundis igitur regina, accepto consilio, legatos ad Gunthramnum regem mittit, dicens : « Veniat dominus meus et suscepiat regnum fratres sui. Est, inquid, mihi infans parvolus, quem in eius ulnis ponere desiderans, me ipsam eius humilio ditioni. » Conperto autem Gunthramnus rex de fratres excessu amarissime flevit. Moderato quoque planctu, conmoto exercitu, Parisius diriget. Cumque ille infra muros susceptus fuisset, Childebertus rex, nepus eius, ab alia advenit parte.

6. Sed cum eum Parisiaci recepere nollent, legatos ad Gunthramnum regem diregit, dicens : « Scio, piissime pater, non latere pietati tuae, qualiter utrumque usque praesens tempus pars oppraesserit inimica, ut nullus de rebus sibi debitis possit invenire iusticiam. Idcirco supplex nunc dipraecor, ut placita, quae inter nos post patris mei obitum sunt innexa, custodiantur. » Tunc Gunthramnus rex legatis illius ait : « O miseri et semper perfidi, nihil in vobis verum habentes neque in promissis permanentis, ecce omnia quae mihi polliciti estis relictis, cum Chilperico rege novam pactionem scripsistis, ut, me a regno depulso, civitates meas inter se dividerent. Ecce pactionis ipsas, ecce manus vestrae subscriptiones, quibus hanc conibentiam confirmastis. Et qua nunc fronte quaeritis, ut nepotem meum Childebertum suscepere debeam, quem mihi vestra perversitate voluistis facere inimicum ? » Cui legati dixerunt : « Si tantum mentem iracundia coepit, ut nihil nepoti tuo de his quae pollicitus es indulgeas, vel illa quae de regno Chariberthi debentur auferre desiste. » Quibus ille ait : « Ecce pactiones, quae inter nos factae sunt, ut, quisque sine fratris voluntatem Parisius urbem ingrederetur, amitteret partem suam, essetque Polioctus martyr cum Hylario adque Martino confes-
soribus iudex ac retributor eius. Post haec ingressus est in ea germanus || meus Col. 336.
Sygyberthus, qui iudicio Dei interiens, amisit partem suam. Similiter et Chilpericus gessit. Per has ergo transgressiones amiserunt partes suas. Ideoque, quia illi iuxta Dei iudicium et maledictionibus pactionum defecerunt, omnem

---

1. *Corr.* miserrimus. — 2. *Corr.* quę s. m. puto. — 3. *Corr.* concluserat. — 4. *Corr.* ęcclesiam. — 5. *Corr.* missorium. — 6. *Corr.* Childebertum. — 7. *Cap.* 5-6, *usque ad* contigit mihi, *omissi; in margine corrector adscripsit :* Hic falsum est, aut desunt enim quaedam, aut sunt interposita.

regnum Chariberthi cum thesauris eius meis ditionibus, lege opitulante, subiciam nec exinde alicui quicquam nisi spontanea voluntate indulgeam. Absistete igitur, vos semper mendaces ac perfidi, et haec regi vestro referte. »

7. Quibus discedentibus, legati iterum Childeberthi ad antedictum regem veniunt, Fredegundem reginam requirentes atque dicentes : « Redde homicidam, quae amitam meam suggillavit, quae patrem interfecit et patruum, quae ipsus quoque consobrinus meus gladio interemit. » At ille : « In placito, inquid, quem habemus, cuncta decernimus, tractantes quid oporteat fieri. » Nam Fredegundem patrocinio suo fovebat, ipsamque sepius ad convivium evocans, promittens, se ei fieri maximum defensorem. Quadam vero die, dum pariter ad mensam epolarentur, regina consurgens et vale dicens, a rege detenebatur, dicente sibi : « Adhuc aliquid cybi sume. » Cui illa : « Indulge, inquid, depraecor, domini mi, quia iuxta consuetudinem mulierum contigit mihi,

ut pro conceptu consurgam. » Hęc ille audiens, obstipuit, sciens quartum esse mensem, ex quo alium edederat[1] filium; tamen permisit eam consurgere. Prioribus[2] quoque de regno Chilpirici, ut erat Ansoaldus, et reliqui ad filium eius, qui erat, ut superius diximus, quatuor mensuum, se collegerant, quem Chlotharium vocitaverunt, exegentes[3] sacramenta per civitatis[4] quę ad Chilpericum prius aspexerant, ut scilicet fideles esse debeant Gundramno regi ac nepoti suo Chlothario. Gundramnus vero rex omnia que[5] fideles regis Chilpirici[6] non recti deversis[7] abstullerant[8], iusticia[9] intercedente,
Fol. 188 v° restituit, multa et ipse eclesiis[10] || conferens; testamenta quo-
Col. 337. que || defunctorum, quia eclesias[11] heredes instituerant, et ab Chilpirico[12] conpressa fuerant, restauravit; multisque se benignum exhibens ac multa pauperibus tribuens.

VIII. Sed quia non erat fides ab hominibus inter quo[13] venerat, armis se minivit, nec umquam ad eclesiam aut reliqua loca, qua ire delectabat[14], sine grande[15] pergebat costodia[16]. Unde factum est, ut quadam die dominica, postquam diaconus[17] silencium populis, ut misse abscultarentur, indixit, rex conversus ad populum diceret : « Adiuro vos, o viri cum mulieribus qui adestis, ut mihi fidem inviolatam servare dignemini nec me, ut fratres meus[18] nuper fecistis, interematis[19], liceatque mihi vel tribus annis nepotis meus[20],

1. *Corr.* ediderat. — 2. *Corr.* priores. — 3. *Corr.* exigentes. — 4. *Corr.* civitates. — 5. *Corr.* quę. — 6. *Corr.* Chilperici. — 7. *Corr.* diversis. — 8. *Corr.* abstulerant. — 9. *Corr.* iustitia. — 10. *Corr.* ecclesiis. — 11. *Corr.* qui ecclesias. — 12. *Corr.* Chilperico. — 13. *Corr.* quos. — 14. *Corr.* delectabatur. — 15. *Corr.* grandi. — 16. *Corr.* custodia. — 17. Diacōs, *corr.* diaconus. — 18. *Corr.* meos. — 19. *Corr.* interimatis. — 20. *Corr.* nepotes meos.

qui mihi adoptivi facti sunt filii, enutrire, ne forte contingat, quod divinitas ęterna non paciatur, ut illis parvolis[1], me defuncto, || simul pereatis; cum de genere nostro rubustus[2] Fol. 189. non fuerit qui defensit[3]. » Hęc eo dicente, omnes[4] || populus oracionem[5] pro rege fudit ad Dominum.

VIIII. Dum haec agerentur[6], Rigunthis, Chilpirici[7] regis filia, cum thesauris suprascriptis usque Tholosam accessit. Et cernens se iam ad terminum Gothorum esse propinquam, moras innectire[8] coepit, dicentibus sibi tum pręterea suis, oportere eam ibidem commorari, cum ipse[9] fatigati de itenere[10] vestimenta haberent inculta, calciamenta scisa[11], ipsosque ęquorum adque carrucarum apparatus adhuc, sicut plaustris evecti erant seursum[12] esse disiunctus[13]. Oportere pocius omnia hęc prius diligenter stabilire et sic in itenere[14] proficisci ac suscepi[15] cum omni elegancia[16] ab sponso, ne forte, si inculti inter Gothus[17] apparerent, inriderentur[18] ab ipsis. Dum ergo his retardarentur ex causis, mors Chilpirici[19] regis in aures || Desiderii ducis inlabetur[20]. Col. 338. Ipse quoque, collectis secum viris fortissimis, Tholosam urbem ingreditur repertusque[21] thesauros abstullit[22] de potestate reginę et in domo quadam sub sigillorum || municione ac virorum Fol. 189 v° forcium custodiam[23] mancipat, deputans reginę victum artum, donec ad urbem regrederetur.

X. Ipse vero ad Mummolum, cumque[24] foedus ante duus[25] annos inierat, properavit. Morabatur tunc Mummolus infra murus[26] Avennicę urbis cum Gundoaldo, cui[27] in libro superiorem[28] meminimus. Qui coniunctus cum supradictis ducibus Limovicinum accedens, Brava Currecia vicum, in quo sanctus Martinus, nostri, ut aiunt, Martini discipulus, requiis-

1. *Corr.* parvulis. — 2. *Corr.* robustus. — 3. *Corr.* defenset. — 4. *Corr.* omnis. — 5. *Corr.* orationem. — 6. VIIII. Dum haec agerentur *add.* — 7. *Corr.* Chilperici. — 8. *Corr.* innectere. — 9. *Corr.* ipsi. — 10. *Corr.* itinere. — 11. *Corr.* scissa. — 12. *Corr.* seorsum. — 13. *Corr.* disiunctos. — 14. *Corr.* itinere. — 15. *Corr.* suscipi. — 16. *Corr.* eligancia. — 17. *Corr.* Gothos. — 18. *Corr.* irriderentur. — 19. *Corr.* Chilperici. — 20. *Corr.* inlabitur. — 21. *Corr.* repertosque. — 22. *Corr.* abstulit. — 23. *Corr.* custodia. — 24. *Corr.* cum quo. — 25. *Corr.* duos. — 26. *Corr.* muros. — 27. *Corr.* cuius. — 28. *Corr.* superiore.

cit[1], advenit; ibique parmę superpositus, rex est levatus. Sed cum tercio[2] cum eodem girarent, cecidisse fertur, ita ut vix manibus circumstancium sustentare[3] potuisset. Deinde ibat per civitates in circuitu positas. Riguntbis vero in basilica sancte Marię Tholosa, in qua Ragnoaldi uxor, cui[4] supra meminimus, Chilpiricum[5] metuens confugerat, sedebat. Ragnoaldus vero de Spaniis rediens, uxore[6] facultatique restituetur[7]. Legacionis enim causa Spaniam petierat a rege Fol. 190. Gundramnum[8] || directus. Magno[9] tempestate incendio basilica antedicti Martini beati apud Brivam vicum ab inminente hoste cremata est, ita ut tam altarium quam colomnę[10] quę de diversis marmorum generebus abtatę[11] erant, ab igne dissolverentur. Sed ita hęc ędis[12] in posterum a Ferriolo episcopo reparata est tamquam si nihil mali pertulerit. Vehementer enim admirantur veneranturque hunc sanctum incolę, eo quod plerumque virtutes eius experiantur.

Col. 339. XI. Erat enim, cum hęc ageba||tur, mensis decimus. Tunc apparuerunt in codicibus vinearum palmites novi cum uvis deformatis, in arboribus flores. Pharus magna per cęlum discurrens, quę priusquam lux fierit[13] in die, late mundum inluminavit. Aparuerunt[14] etiam in cęlo et radii. A parte Fol. 190 v° septemtrionali colomna[16] ignea, quasi de cęlo || pendens, per duarum horarum spacium visa est, cui stilla[16] magna superposita est. In Andegavo enim terra tremuit, et multa alia signa apparuerunt, que[17], ut opinor, ipsius Gundoaldi interitum nunciarunt.

XII. Igitur Gundramnus rex comites suos ad conpraehendendas civitates, quas condam[18] Sigibertus de regno Chaberthi[19] fratris sui acciperat[20], direxit, ut exigentes sacramenta suis eas dicionibus subiugarent. Toronici vero adque

1. *Corr.* requiescit. — 2. *Corr.* tertio. — 3. *Corr.* sustentari. — 4. *Corr.* cuius. — 5. *Corr.* Chilpericum. — 6. *Corr.* uxori. — 7. *Corr.* restituitur. — 8. *Corr.* Gundramno. — 9. *Add.* ea. — 10. *Corr.* columnę. — 11. *Corr.* generibus aptatę. — 12. *Corr.* ędes. — 13. *Corr.* fieret. — 14. *Corr.* apparuerunt. — 15. *Corr.* columna. — 16. *Corr.* stella. — 17. *Cod.* q;. — 18. *Corr.* quondam. — 19. *Corr.* Chariberthi. — 20. *Corr.* acceperat.

Pectavi ad Chilbertum[1] Shyberti[2] filium transire voluerunt, set[3] commoti Biturigi[4] contra eos venire disponunt adque infra terminum Toronicum incendia facere ceperunt. Tunc Maroialensem ęclesiam[5] termini Toronici, in qua sancti Martini reliquię habibantur[6], incendio concremaverunt; set[7] virtus beati adfuit, ut in tam valido incendio pallolę[8] quę super altarium fuerunt positę, non consumerentur ab igne. Et non solum ipsę, set[7] etiam herbolę[9] olim collectę ad altarioque[10] conlocatę nequaquam exustę sunt. Qua[11] incendia videntes Toronici legacionem[12] mittunt, dicentes, melius sibi esse ad tempus Gundramnum regis[13] subdi quam cuncta incendio ac ferro vastari.

XIII. Confestim autem post mortem Chilpirici[14] Gararicus dux Limovicas accesserat et sacramenta de nomine Childeberthi || susceperat. Exinde Pectavis[15] veniens, ab ipsis Fol. 191.
receptus est, et ibi morabatur. Audiens vero que[16] Toronici paciebantur, mittit legacionem, obtestans ne nos ad partem Gundramni regis tradere deberimus[17], si nobis vellimus[18] esse consultum; set meminirimus[19] potius Syghiberthi, qui quondam genitur[20] Childeberthi || fuit. Nos vero hęc rursum Col. 340.
episcopo et civibus mandata remisemus[21], quod, nisi se ad tempus Gundramno rege[22] subderent, similia paterentur, adserentes, hunc esse nunc patrem super duos filios, Sighiberthi scilicet et Hilpirici[23], qui ei fuerant adoptati; et sic tenere regni principatum, ut quondam Chlotharius rex fecerat, pater eius. His quoque non adquiiscentibus[24], Gararicus de civitate egreditur, quasi exercitum adducturus, in urbe vero Eberonem cubicularium Childeberthi regis relinquens. Sicchari[25] vero cum a Villachario Aurilianense comite, qui tunc Toronus acceperat, exercitum contra Pectavos[26] com-

1. *Corr.* Childebertum. — 2. *Corr.* Shygiberti. — 3. *Corr.* sed. — 4. *Corr.* Bituricі. — 5. *Corr.* ęcclesiam. — 6. *Corr.* habebantur. — 7. *Corr.* sed. — 8. *Corr.* pallulę. — 9. *Corr.* herbulę. — 10. *Corr.* altariumque. — 11. *Corr.* quæ. — 12. *Corr.* legationem. — 13. *Corr.* Gundramno regi. — 14. *Corr.* Chilperici. — 15. *Corr.* Pictavis. — 16. *Corr.* quę. — 17. *Corr.* deberemus. — 18. *Corr.* vellemus. — 19. *Corr.* sed meminiremus. — 20. *Corr.* genitor. — 21. *Corr.* remisimus. — 22. *Corr.* regi. — 23. *Corr.* Chilperici. — 24. *Corr.* adquiescentibus. — 25. *Corr.* Siccharius. — 26. *Corr.* Pictavos.

movit, ut scilicet ab una parte Thoronici. ab alia Biturigi[1] commoti cuncta vastarent. Qui cum ad terminum propinquasent ac domus[2] cremare cepissent. miserunt ad eos Pectavi legatos, dicentes : « Petemus[3], ut usque in placito, quod Fol. 191 v° inter se Gundramnus || et Childebertus regis[4] habent, susteneatis[5]. Quod si convenit, ut pacis bonus[6] rex Gundramnus accipiat, non resistemus[7], sin aliud, dominum nostrum recognuscimus[8] cuius[9] servire plenius debeamus. » Ad hec ille[10] responderunt : « Nihil nobis de ac causa pertinet, nisi tantum iussa principis adimplere. Nam si nolueritis, cuncta ut cepimus devastamus. » Cumque in hoc res ageretur, ut universa incendio, predę atque captivitati traderentur, eiectis de civitate hominibus Childiberti, sacramenta Gunthramno regi dederunt; non longo tempore ea custodientes.

XIIII. Igitur, adveniente placito, directi sunt ad[11] Chilberto rege Egidius episcopus, Gunthramnus Boso, Sigoaldus et alii multi ad Gundramno[12] regem; ingressique ad eum, ait episcopus : « Gracias agimus Deo omnipotenti, piissime rex, quod te post multos labores regionibus tuis regnoque restituit. » Cui rex ait : « Illi enim dignę sunt gracię referendę, qui est Rex regum et Dominus dominorum, qui hęc sua miseracione operare dignatus est. Nam non tibi, cuius con- Fol. 192. silio || doloso ac periuriis regiones meę anno superiore Col. 341. incensę sunt, qui numquam fidem integram cum ullo homine habuisti, cuius dolositas ubique dispergitur, qui non sacerdotem, sed inimicum regni nostri te esse declaras. » Ad hęc verba episcopus iracondia[13] commotus siluit. Unus autem ex legatis dixit : « Supplecat nepus tuus Chilbertus[15], ut civitates, quas pater eius tenuit, reddi iubeas. » Ad hęc ille respondit : « Iam dixi vobis prius, quia pacciones nostre[16] mihi hec conferunt, ideoque eas reddere nolo. » Alius quoque legatorum ait : « Rogat nepus tuos[17], ut Fredegundem

1. *Corr.* Biturici. — 2. *Corr.* domos. — 3. *Corr.* petimus. — 4. *Corr.* reges. — 5. *Corr.* sustineatis. — 6. *Corr.* pacem bonum. — 7. *Corr.* resistimus. — 8. *Corr.* recognoscimus. — 9. *Corr.* cui. — 10. *Corr.* illi. — 11. *Corr.* a. — 12. *Corr.* Gundramnum. — 13. *Corr.* iracundia. — 14. *Corr.* supplicat nepos. — 15. *Corr.* Chiltbertus. — 16. *Corr.* pactiones nostrę. — 17. *Corr.* nepos tuus.

maleficam, per quam multi reges interfecti sunt, redde[1] iubeas ad ulciscendam mortem patris, patrui vel consobrinorum suorum. » « Tradi ei, inquid[2], in potestate non poterit, quia filium regem habet. Set[3] et ea que contra illam adseretes[4], vera esse non credo. » Post hos Gunthamnus[5] Boso, quasi aliquid sugesturus[6] ad regem accedit. Et quia sonuerat Gundoaldum manifeste regem levatum, antecipans[7]|| verba eius rex, ait : « O inimici[8] regionis regnique nostri, Fol. 192 v° qui propterea ante hos annos Orientem adgressus es, ut Ballomerem quendam — sic enim vocabat rex Gundoaldum — super regnum nostrum adduceris[9], semper perfidi[10] et numquam costodiens que[11] promittis! » Cui ille : « Tu, inquid[12], dominus et rex regali in solio resedis[13] et nullus tibi ad ea quę loqueris ausus est respondere : insotem[14] enim me de hac causa profiteor. At si aliquis est similis mihi, qui hoc crimen inpingat occulte, veniat nunc palam et loquatur. Tunc, o rex piissime, ponens hoc in Dei iudicium, ut ille discernat, cum nos in unius campi planicię viderit demicare[15]. » Ad hęc, cunctis silentibus, addedit[16] rex : « Omnibus autem hęc causa animus[17] accendere debet, ut repellatur a finibus nostris advena, cuius pater molinas gobernavit[18]; et, ut vere dicam, pater eius pectinibus insedit lanasque conposuit. » Et quiquam possit fieri ut || unus homo utriusque Col. 342. artificii magisterio subderetur, ad increpacionem tamen regis quidam ex ipsis respondit : « Ergo duos, ut ad||seris, patres Fol. 193. hic homo habuit, lanarium simul molinariumque. Absit a te, o rex, ut tam inculte loquaris. Non enim auditum est, unum hominem, pręter spiritalem causam, duos habere posse pariter genitores. » Dehinc cum multi solverentur in risu, respondit alius legatorum, dicens : « Vale dicimus tibi, o rex. Nam quia reddere noluisti civitatis[19] nepotis tui, scimus, salvam esse securem, que[20] fratrum tuorum capitibus

---

1. *Corr.* reddi. — 2. *Corr.* inquit. — 3. *Corr.* sed. — 4. *Corr.* adseritis. — 5. *Corr.* Guntrhamnus. — 6. *Corr.* suggesturus. — 7. *Corr.* anticipans. — 8. *Corr.* inimice. — 9. *Corr.* adduceres. — 10. *Corr.* perfide. — 11. *Corr.* custodiens quę. — 12. *Corr.* inquit. — 13. *Corr.* resides. — 14. *Corr.* insontem. — 15. *Corr.* dimicare. — 16. *Corr.* addidit. — 17. *Corr.* animos. — 18. *Corr.* molina gubernavit. — 19. *Corr.* civitates. — 20. *Corr.* quę.

est defixa : celerius tuum libravit[1] defixa cerebrum. » Et sic cum scandalum[2] discesserunt. Tunc rex his verbis succinsus[3], iussit super capita euncium proici aequorum stercora putrefacta[4], astulas, palias[5] ac fenum putridine dissolutum ipsumque fetidum urbis lutum. Quibus de rebus maculati graviter, non sine inmensa iniuria adque contumelia abierunt.

XV. Resedente[6] vero Fredegundę ręgina in ęcclesia Parisiaca, Leunardus domesticus, qui tunc ab urbe Tholosa advenerat, ingressus ad eam, causas contumelie iniuriasque filię
Fol. 193 v° eius narrare coepit, dicens, quia : « Iuxta imperium || tuum accessi cum regina Rigunthe ac vide[7] humilitatem eius, vel qualiter expoliata est a thesauris et omnibus rebus ; ego vero per fugam dilapsus[8] veni nonciare[9] dominę meę quę gesta sunt. » Hec illa audiens furore commota, iussit eum in ipsa ęclesia expoliare, nudatumque vestimentis ac balteo, quod ex munere Chilpirici[10] regis abebat[11], discedere a sua iubet pręsencia. Cocos quoque sive pistores, vel quoscumque de hoc itenere regressus[12] esse cognovit, cęsos expoliatusque[13] ac demancatus reliquid[14]. Nectarium autem, Baudegisili episcopi fratrem, nefandis accussacionibus cum rege temptavit obruere, adserens, eum de thesauro regis mortui multa portasse. Set et de prumpariis[15] tam tergora quam vina
Col. 343. multa eum abstu||lisse dicebat, petens, ut vinctus carceralibus tenebris truderetur. Sed paciencia regis fratrisque ausilium[16] fieri non permisit. Multa quidem ibi vana exiens[17], non metuebat Deum, in cuius ęclesiam petebat ausilium[16]. Habebat tunc temporis secum Audonem iudicem, qui ei tempore ||
Fol. 194. regis in multis consenserat malis. Ipse enim cum Mummolo pręfecto multus[18] de Francis, qui tempore Childeberthi regis seniores ingenui fuerunt, publico tributu[19] subegit. Qui post

1. *Corr.* librabit. — 2. *Corr.* scandalo. — 3. *Corr.* succensus. — 4. *Corr.* putrefactas. — 5. *Corr.* paleas. — 6. *Corr.* residente. — 7. *Corr.* vidi. — 8. *Corr.* delapsus. — 9. *Corr.* nunciare. — 10. *Corr.* Chilperici. — 11. *Corr.* habebat. — 12. *Corr.* regressos. — 13. *Corr.* expoliatosque. — 14. *Corr.* demancatos reliquit. — 15. *Corr.* prumptuariis. — 16. *Corr.* auxilium. — 17. *Corr.* exegens *vel* exigens. — 18. *Corr.* multos. — 19. *Corr.* tributo.

mortem regis ab ipsis expoliatus ac denudatus est, ut nihil ei, pręter quod super se auferre poterat, remaneret. Domus enim eius incendio subdederunt; abstulissent utique et ipsam vitam, nisi cum reginę[1] ęclesiam petisset.

XVI. Prętextatum[2] vero episcopum[3] regressus coepit, quem cives Rotomensis post excessum regis de exilio expetentes, cum grande laude civitate sue[4] restituerunt. Post reditum vero suum ad urbem Parisiacam advenit ac se Gundramno regi repręsentavit, exorans, ut causam suam diligenter inquereret[5]. Adserebat enim regina, eum non debere recipi, quia fuisset per iudicium quadraginta quinque episcopus[6] Rothomago sacerdotali officio segregatus. Cumque rex pro hac causa sinodum excitare vellit[7], Ragnemundus huius urbis episcopus pro omnibus responsum reddidit, dicens : « Scitote ei penitenciam indictam a sacerdotibus, non tamen eum prursus ad episcopatum[8] remotum. » Et sic a rege susceptus adque convivio eius || adscitus, ad urbem Fol. 194 v° suam regressus est.

XVII. Promotus vero, qui in Dunense castro ordinante Syghybertho rege episcopus fuerat institutus et post mortem regis amotus fuerat, eo quod castrum illud esset diocisis[9] Carnotena; contra quem ita iudicium datum fuerat, ut presbiterii tantum officio fungeretur; accessit ad regem, depręcans || ut ordinacionem[10] episcopatus in antedictum Col. 344. castro[11] reciperet. Set, obsisten Papolo[12], Carnotene urbis episcopus[13], ac dicente, quia : « Diocis[14] mea est, ostendente pręsentem[15] iudicium episcoporum, nihil aliut[16] potuit obtinere cum rege, nisi ea quę sub ipsius castri termino propria [a]bebat reciperit[17], in qua cum genetricę adhuc superstitem[18] moraretur.

1. *Corr.* regina. — 2. *Corr.* Prętextatus. — 3. epm., *corr.* episcopatum. — 4. *Corr.* civitati suę. — 5. *Corr.* inquireret. — 6. eps., *corr.* episcoporum. — 7. *Corr.* vellet. — 8. *Corr.* prorsus ab episcopatu. — 9. *Corr.* diocesis. — 10. *Corr.* ordinationem. — 11. *Corr.* castrum. — 12. *Corr.* obsistente Papulo. — 13. *Corr.* episcopo. — 14. *Corr.* diocesi. — 15. *Corr.* ostendens pręsens. — 16. *Corr.* aliud. — 17. *Corr.* habebat reciperet. — 18. *Corr.* superstite.

XVIII. Commoran[1] vero rege apud urbem Parisiacam, venit quidam pauper, dicens : « Audi, rex, verba oris mei. Noveris enim, quia Faraulfus, cobicolarius[2] quondam fratris tui, querit[3] te interficere. Audivi enim consilium eius, ut, eunte te matutina oracione ad ęclesiam, aut cultro adpeteret aut hasta transfoderet. » Obstupefactus autem rex, misit
Fol. 195. vorare[4] eum. Quo negante, de his || rex metuens, armis se valde munivit, nec penitus ad loca sancta vel alibi nisi vallatus armis se adque costodibus[5] procedebat. Faraulfus autem non post multum tempus mortuos[6] est.

XVIIII. Cum autem magnus clamor fierit[7] adversus eos qui potentes cum rege fuerant Chilperico, scilicet quod abstullissent[8] vei[9] villas vel res reliquas de rebus alienis, omnia, que[10] iniuste ablata fuerant, rex reddi precepit, sicut iam superius indecatum[11] est. Fredegundem quoque reginam ad villam Rotoialensem, que[12] in Rotomense termino sita est, abire precepit[13]. Secutique sunt eam omnes meliores natu regni Chilperici regis. Ibique relinquentis[14] eum cum Melanio episcopo qui de Rotomago submotus fuerat, ad filium eius se transtulerunt, promitentes, quod ab is[15] studiosissime[16] nutriretur.

XX. Postquam autem Fredegundis regina ad supradictam villam abiit, cum esset valde mesta, quod ei potestas ex
Col. 345. parte fuisset ablata, me||liorem se existimans Bruneheldem[17] misit occultum clericum sibi familiarem, qui eam circumventam dolis interimere possit, || videlicet ut, cum se subti-
Fol. 195 v. liter in eius subderet famulatum, ab ea credi possit, et sic clam percoliretur[18]. Veniens igitur clericos[19], cum diversis ingenies[20] se eidem commendavit, dicens : « A facię Fredegundis reginae fugio, deposcens auxilium tuum. » Coepit se

---

1. *Corr.* Commorante. — 2. *Corr.* cubicularius. — 3. *Corr.* queret. — 4. *Corr.* vocari. — 5. *Corr.* custodibus. — 6. *Corr.* mortuus. — 7. *Corr.* fieret. — 8. *Corr.* abstulissent. — 9. *Corr.* vi. — 10. *Corr.* quę. — 11. *Corr.* indicatum, — 12. *Cod.* q; *corr.* quae. — 13. *Cod.* pręcepit. — 14. *Corr.* relinquentes. — 15. *Corr.* his. — 16. *Corr.* studiosissimę. — 17. *Corr.* Brunehilde. — 18. *Corr.* percuteretur. — 19. *Corr.* clericus. — 20. *Corr.* ingeniis.

etiam omnibus reddere humilem, carum, oboedientem hac reginam[1] privatum. Sed non longo tempore interposito, intellexerunt eum dolose transmissum; vinctusque ac cesus, cum rem patefecisset occultam, redire permissus est ad patronam. Reserans quęquę acta fuerant, effatus quod iussa patrari non potuisset, manuum hac pedum abscisionem[2] multatur.

XXI. His ita gestis, cum rex Gunthramnos Cabillonno[3] regressus mortem fratris conaretur inquerere[4], et regina crimen super Eberulfum cobicularium inposuissit[5], — rogatus enim fuerat ab ea, ut post mortem regis cum ipsa resederet[6], sed optenere[7] non potuit; — hęc[8] enim inimicitia pululante[9] adseruit regina ab eodem principem interfectum, ipsumque multa de thesauris abstulisse et sic in Toronicum abscessisse; ideoque, si rex mortem fratris desideraret ulciscere, noverit huius causę || hunc esse signeferum[10]. Tunc rex iuravit omnibus Fol. 196. optimatibus quod non modo ipsum, verum etiam progeniem eius in nonam generacionem dileret[11], ut per horum necem consuetudo auferetur[12] iniqua, ne reges amplius interfecerentur[13]. Quod cum Eberulfus cumperissit[14], basilicam sancti Martini, cuius res sepe pervaserat, expetivit. Tunc data occansione, ut costodiretur, Aurilianensis[15] adque Blisensis vicissem[16] ad has excobięs[17] veniebant, implitisque[18] quindecim diebus, cum preda multa revertebantur, adducentis[19] iumenta, pecora, vel quodcumque derepere[20] potuissent. Ille[21] vero qui beati Martini iumenta abduxerant, commota altercacione, se invicem lanceis transfixerunt. Duo, || qui mulas Col. 346. diripiebant, ad domum vicini cuiusdam accedentes, potum rogare ceperunt. Cumque ille se habere negarit[22], elevatis lanceis ut eum transfoderent, hic extracto gladio utrumque perfodit, cecideruntque ambo et mortui sunt; iumenta tamen

1. *Corr.* regine. — 2. *Corr.* abscisione. — 3. *Corr.* Gunthramnus Cavillono. — 4. *Corr.* inquirere. — 5. *Corr.* cubicularium imposuisset. — 6. *Corr.* resideret. — 7. *Corr.* optinere. — 8. *Corr.* hac. — 9. *Corr.* pollulante. — 10. *Corr.* signiferum. — 11. *Corr.* deleret. — 12. *Corr.* auferretur. — 13. *Corr.* interficerentur. — 14. *Corr.* comperisset. — 15. *Corr.* occasione ut custodiretur Aurilianenses. — 16. *Corr.* Blisenses vicissim. — 17. *Corr.* excubias. — 18. *Corr.* impletisque. — 19. *Corr.* abducentes. — 20. *Corr.* diripere. — 21. *Corr.* illi. — 22. *Corr.* negaret

sancti Martini redita[1] sunt. Tantaque ibi tunc mala per hos Aurilianenses gesta sunt, ut nequęant explicari.

XXII. Dum hęc autem agerentur, res ipsius Eberulfi diversis conceduntur; aurum argentumque vel alias meliores species, quas secum retenebat[2], in medio exposuit. Quod Fol. 196 v° vero || conmendatum habuit, publicatum est. Greges etiam ęquorum, porcorum iumentorumque diripiuntur. Domus vero inframuranea, quam de dominacione ęclesię abstullerat[3], referta annonis, vino adque tercoribus[4] rebusque aliis multis, adplene expoliata est, nec ibi aliud quam parietes vacui remanserunt. Ex hoc nos maxime suspectus[5] habebat, que[6] in causis eius fideliter currebamus, promittensque plerumque quod, si umquam ad regis graciam perveniret, in vobis[7] hęc que perferrebat ulcisceretur. Deus enim novit, cui arcana pectoris revelantur, quia de puro corde, in quantum potuemus[8] solacium ministravimus. Et quamquam multas nobis insidias prius de rebus sancti Martini fecissit[9], extabat tamen causa, ut easdem obliviscerem, eo quod filium eius de sancto lavacro suscipissem. Set[10] credo, infiliciae[11] res maximum fuit inpedimentum, quod nullam reverenciam sancto prestabat antestiti[12]. Nam sepe cedes infra ipsum atrium, quod ad pedes beati erat, exegit, exercens assiduę ebrietatis[13] ac vanitatis[14]. Presbiterum quoque unum, pro eo quod ei vinum dare differret, cum iam crapulatus aspiceretur, elisum super scamnum[15] pugnis ac diversis ictibus verberavit, ut pęnę animam reddere videretur; et fecissit[16] Fol. 197. forsitam, si ei medicorum || ventusę non subvenissent. Habe- Col. 347. bat enim pro timore regis in id[17] ipsum salutaturium[18] bea||tę basilicę mansionem. Cum autem presbiter, qui clavis ostei retenebat, clasis[19] reliquis, recessissit[20], per illum salutarii[21] ustium introeuntes puellę cum reliquis pueris eius, suspi-

1. *Corr.* reddita. — 2. *Corr.* ritenebat. — 3. *Corr.* abstulerat. — 4. *Corr.* pecoribus. — 5. *Corr.* suspectos. — 6. *Corr.* qui. — 7. *Corr.* nobis. — 8. *Corr.* potuimus. — 9. *Corr.* fecisset. — 10. *Corr.* suscepissem. Sed. — 11. *Corr.* infelici ea. — 12. *Corr.* antistiti. — 13. *Corr.* ebrietates. — 14. *Corr.* vanitates. — 15. *Cod.* sc̄a num. — 16. *Corr.* fecisset. — 17. id *expunct.* — 18. *Corr.* salutatorium. — 19. *Corr.* claves ostii retinebat, clausis. — 20. *Corr.* recessisset. — 21. *Corr.* salutatorii.

ciebant picturas parietum, rimabant ornamenta beati sepulcri; quod valde facinorosum relegionis[1] erat. Quod cum presbyter cognovissit[2], defixis clavis super ostium, serras[3] aptavit. Hęc ille cum post cęnam vino maditus[4] advertissit[5], et nos in basilicam in inicium noctis orationis gratia psallerimus[6], furibundus ingreditur meque conviciis ac malediccionibus urguere cępit, illud inter iurgia exprobans, quod ego eum velem a sancti antestitis[7] fimbriis separare[8]. Sed ego stupens, que virum cepissit insania[9], blandis sermonibus mulcire[10] conatus sum. Set[11], cum eius furias verbis lenibus superare non possim, silere decrevi. Ille vero me tacitum intendens, ad presbiterum[12] convertitur evomitque in eum multa convicia. Nam et illum verbis procacibus et me diversis obpropriis inpugnabat. Nos vero cum vidissimus[13] eum, ut ita dicam, agi a demone, egressi a basilica sancta, scandalum vigiliasque finivimus, illud maxime indignum ferentes, quod ad hoc iurgium absque reverencia sancti ante ipsum sepulcrum antestitis[14] excitaverat. His diebus || vidi Fol. 197 v° somnium, quod ipsi in sancta basilica retuli, dicens : « Putabam me quasi in hac basilica sacrosancta missarum solemnia celebrare. Cumque iam altarium cum oblacionibus pallio sirico[15] coopertum essit, sobito[16] ingredientem Gunthramnum regem conspicio, qui voce magna clamabat : « Extrahite inimicum generacionis nostrę, evellite homicidam a sacro Dei altario. » At ego, cum hęc audirem, ad te conversus dixi : « Adpręhende pallium altaris, infilix[17], quo sacrum[18] munera conteguntur, ne hinc abiciaris. » Cumque adpręhenderis[19], laxa eum manu et non viriliter detinebas. Ego vero, expanicis[20] manibus, contra pectus regis meum pectus abtabam, dicens : « Noli eiecere hunc hominem de basilica sancta, ne vitę periculum patiaris, ne te sanctus antesti||tis[21] sua virtute confiat[22]. Noli [te] proprio iaculo Col. 348.

1. *Corr.* religioni. — 2. *Corr.* cognovisset. — 3. *Corr.* seras. — 4. *Corr.* madidus. — 5. *Corr.* advertisset. — 6. *Corr.* psalleremus. — 7. *Corr.* antistitis. — 8. *Corr.* separari. — 9. *Corr.* cepisset insana. — 10. *Corr.* mulcere. — 11. *Corr.* sed. — 12. *Cod.* prbr. *add.* m. — 13. *Corr.* vidissemus. — 14. *Corr.* antistitis. — 15. *Corr.* serico. — 16. *Corr.* esset, subito. — 17. *Corr.* infelix. — 18. *Corr.* sacra. — 19. *Corr.* adprehenderes. — 20. *Corr.* expansis. — 21. *Corr.* antestis. — 22. *Corr.* confodiat.

interemere[1], quia hoc si feceris, prȩsentem vitam aeternamque[2] carebis. » Set[3], cum rex mihi resisteret, tu laxabas palleum et post me veniebas. Ego vero valde tibi molestus eram. Cumque reverteris[4] ad altarium, adprehendebas pallium, set[3] rursum relinquebas. Dum hunc tu tepide reteneris[5] et ego rege[6] viriliter resisterem, evigilavi pavore conteritus[7], ignarus quid somnium indecaret[8]. » Igitur cum ei ista narrassem, ait : « Verum est somnium, quod vidisti, quod valde cogitacione mee[9] concordat. » Cui ego : « Et quid providit cogitacio tua ? » Et ille : « Deliberatum, inquid, habuit[10], || ut, si me rex ab hoc loco iuberit[11] extrai[12], ab una manu pallas altaris tenerem, ab alia vero, evaginato gladio, te prius interfectum, quantuscumque[13] deinceps clericus[14] reperissem, in mortem prosternerem. Nec mihi post hȩc erat iniuria lȩto subcumbere, si de huius sancti clericis acciperem ulcionem. » Hȩc ego audiens et stupens, admirabam[15] quod erat, quia per hos[16] eius diabulus[17] loquebatur. Numquam enim in Deum ullum timorem habuit. Nam dum essit[18] in libertatem, equi eius ac pecora per segites[19] pauperum vineisque demittebantur[20]. Quod si expellebantur ab his quorum evertebat labores, statim a suis percolibantur[21]. Nam in hac angustia qua erat sepe commemorabat, quod[22] beati antestitis abstulissit iniuste[23]. Denique anno superiore commotum quendam levem e civibus ȩclesiȩ actores fecit interpellare. Tunc postposita iusticia, res quas olim ȩclesiȩ possedebat[24] sub specie emcionis[25] abstraxit, datam[26] ipsi homini partem auream[27] baltei sui. Set[28] et alia multa perversȩ egit usque ad finem vite suae, quem in posterum explanamus[29].

(Fol. 198 in margin, beside the line "cio tua ? » Et ille : « Deliberatum, inquid, habuit")

XXIII. Presenti quoquæ anno Armentarius Iudeus cum

1. *Corr.* interimere. — 2. *Corr.* prȩsenti vita ȩternaque. — 3. *Corr.* sed. — 4. *Corr.* reverteremis. — 5. *Corr.* retineres. — 6. *Corr.* regi. — 7. *Corr.* conterritus. — 8. *Corr.* indicaret. — 9. *Corr.* cogitacioni meȩ. — 10. *Corr.* habui. — 11. *Corr.* iuberet. — 12. *Corr.* extrahi. — 13. *Corr.* quantoscumque. — 14. *Corr.* clericos. — 15. *Corr.* admirabar. — 16. *Corr.* os. — 17. *Corr.* diabolus. — 18. *Corr.* esset. — 19. *Corr.* segetes. — 20. *Corr.* vineasque dimittebantur. — 21. *Corr.* percutebantur. — 22. *Add.* res. — 23. *Corr.* antistitis abstulisset iniustȩ. — 24. *Corr.* ȩcclesia possidebat. — 25. *Corr.* emtionis. — 26. *Corr.* data. — 27. *Corr.* parte aurea. — 28. *Corr.* sed et. — 29. *Corr.* explanabimus.

uno secte suae atillite[1] et duobus christianis ad exegendas caucionis[2], quas ei propter tributa puplica Iniuriosus ex vecario[3], ex comitę vero Eonomius || deposuerant, Toronus Fol. 198 v° advenit. Interpellatisque viris, promisionem[4] accepit de || redendo[6] pecunię fenore cum usuris, dicentibus sibi prece- Col. 349. derę ipsis[6] : « Si ad domum nostram veneris, et quę debentur exsolvimus et aliis te muneribus, sicut dignum est, honoramus. » Eo quoque euntę, ab Iniurioso suscepitur[7] et convivio conlocatur[8], expletoque aepulo, adpropinquante noctę, cummoti[9] ab eodem loco ad alium transeunt. Tunc, ut ferunt, Iudei cum duobus christianis ab Iniuriosi hominibus interfecti, in puteum, qui propinquos[10] domui eius, proiecti sunt. Auditis his parentes eorum quę gesta fuerant, Toronus adverunt[11]; datoque quibusdam hominibus indicio, puteum reperiunt virusque[12] extrahunt, multum negantę Iniurioso, quod in hac causa non fuerit inquinatus. Post hęc in iudicio venit; sed confortiter[13], ut diximus, denegaret, et hii non haberent, qualiter eum convincere possint, iudicatum est, ut se insontem redderet sacramento. Sed, nec hoc his adquiiscentibus[14], placitum in regis presenciam Childeberti posuerunt. Verumtamen nequae pecunia neque caucionis Iudei[15] || defunctis repertę sunt. Loquebantur tunc Fol. 199. multi hominum Medardum tribunum in hoc scelere mixtum fuisse, eo quod et ipse a Iudęo pecuniam mutuassit[16]. Iniuriosus tamen ad placitum in conspectu regis Childeberthi advenit et per triduum usque occasum solis observavit. Sed cum hii non venissent, neque de[17] causa ab 'ullo fuisset interpellatus, ad propria rediit.

XXIIII. Anno igitur decimo Childeberthi regis rex Gunthramnus, commotis gentibus regni sui, magnum iuncxit exercitum. Set pars maior cum Aurilianensibus adque Bitu-

1. *Corr.* satellite. — 2. *Corr.* exigendas cautiones. — 3. *Corr.* vicario. — 4. *Corr.* promissionem. — 5. *Corr.* reddendo. — 6. *Corr.* ipsos. — 7. *Corr.* suscipitur. — 8. *Corr.* collocatur. — 9. *Corr.* commoti. — 10. *Corr.* propinquus — 11. *Corr.* advenerunt. — 12. *Corr.* virosque. — 13. *Corr.* cum fortiter. — 14. *Corr.* adquiescentibus. — 15. *Corr.* cauciones Iudeis. — 16. *Corr.* mutuasset. — 17. *Add.* hac.

regis[1] Pectavum petiit. Excesserant enim de fide, quam regi promiserant. Miseruntque prius legacionem[2], ut scirent, utrum susceperentur[3] ab his an non. Sed episcopus loci Maroveus dure suscepit hos nuncios. At illi infra terminum ingressi, prędas, incendio adque[4] homicidia faciebant. Hii vero
Col. 350. que[5] cum pręda re||vertebantur per Toronicum transeuntes, similiter illis qui iam sacramenta dederant faciebant, ita ut ipsa[6] quoque ęclesię incenderentur et quęcumque invenire[7] potuissent diriperentur. Quod sępius actum est, dum illi ad regem egre converterentur. Set[8] cum exercitus propius ad
Fol. 199 v° urbem accederet, || et iam pars maxima regionis devastata cerneretur, tunc miserunt noncius[9], fideles se rege[10] Gunthramno fatentes. At illi infra murus[11] urbis recepti, super episcopum inruerunt[12], dicentes eum infidelem esse. Ille vero cum se ab his cerneret coartatum, effracto unum[13] de sacris ministeriis calicem et in numisma redactum[14], se populumque redimit[15].

XXV. Marileifum vero, qui primus medicorum in domo Chilpirici[16] regis habitus fuerat, ardentissime vallant; et qui iam a Gararico duce valde expoliatus fuerat, ab his iterum denutatur[17], ita ut nulla ei substancia remaneret. Equos quoque eius, aurum argentumque sive species, quas meliores habebat, pariter auferentes, ipsum dicioni[18] ęclesiasticę subdederunt[19]. Servicium enim patris eius tale fuerat, ut molinas ęclesiasticas stodiret[20], fratresque consubrini[21] vel reliqui parentes cócinis[22] dominicis atque pistrino subiecti erant.

XXVII (26). Gundoaldus vero Pectavum accedere voluit, set[23] timuit. Audierat enim, iam contra se exercitum commoveri.

1. *Corr.* Bituricis. — 2. *Corr.* legationem. — 3. *Corr.* susciperentur. — 4. *Corr.* incendia atque. — 5. *Corr.* qui. — 6. *Corr.* ipsæ. — 7. *Corr.* inveniri. — 8. *Corr.* sed. — 9. *Corr.* nuncios. — 10. *Corr* regi. — 11. *Corr.* muros. — 12. *Corr.* irruerunt. — 13. *Corr.* uno. — 14. *Corr.* nomisma redacto. — 15. *Corr.* redemit. — 16. *Corr.* Chilperici. — 17. *Corr.* denudatur. — 18. *Cod. pergit* derius et Bladastis (*cap.* 28), *folio uno in archetypo interposito; corrector in margine notavit :* R[e]q[uire]; falsum est. Interposita sunt enim quaedam, *et rursum, fol.* 201, *ubi sequuntur :* ęclesiasticę subdederunt, *pariter in margine :* Falsum est. Interposita sunt quaedam. — 19. *Corr.* subdiderunt. — 20. *Corr.* custodiret. — 21. *Corr.* consobrini. — 22. *Corr.* coquinis. — 23. *Corr.* sed.

In civitatibus enim, quę Sighiberti regis fuerant, ex nomine regis Childeberthi sacramenta suscipiebat; in reliquis vero, quę aut Gunthramni aut Chilpirici[1] fuerant, nomine[2] suo, quod fidem servarent, iurabant. Post hęc Ecolisinam accessit, susceptaquę sacramenta muneratisque prioribus, Petrocoricum adgreditur. Graviter episcopum tunc iniuriatum reliquid, pro eo quod susceptus ab eodem honorifice non fuerat.

XXVIII (27). Exinde Tholosam degressus, emisit noncius[3] ad Magnulfum || episcopum civitatis, ut ab eo susceperetur[4]. Col. 351. Sed ille, non inmemor prioris iniurię, quam per Sigulfum quondam, qui se in regno elevare vo[luit], pertulerat, dicit civibus suis : « Scimus enim || regis[5] esse Gunthramnum ac Fol. 201 v° nepotes eius; hunc autem nescimus unde sit. Estote ergo parati, et si voluerit Desiderius dux hanc calamitatem inducere super nos, simili ut Sigulfus sorte depereat; sitque omnibus exemplum, ne quis extraneorum Francorum regnum audeat violare. » His ita resistentibus et bellum parantibus, adveniente Gundoaldo cum magno exercito[6], cum vidissent, quod sustenire[7] non possint, susceperunt eum. Post hęc, cum ad convivium in domo ęclesię[8] episcopus una cum Gundoaldo resederet[9], ait : « Filium te Chlothacharii[10] regis asseris, set[11] utrum sit verum an non, ignoramus. Vel si possis vendecare[12] coepta, incredibile habetur aput animus[13] nostros. » At ille ait : « Ego regis Chlothacharii sum filius et partem regni de pręsente[14] sum percepturus; et usque Parisius velociter accedam et ibi sedem regni statuam. » Cui episcopus ait : « Verumne est ergo, quod nullus de stirpe regum Francorum remansit, si tu hęc que dicis impleberis? »[15] Inter has altercaciones cum hęc Mummolus exaudisset[16], elevata manu alapis cecidit episcopum, dicens : « Non pudet, ut tam degeneri[17] stultus ita magno rei[18] res-

1. *Corr.* Chilperici. — 2. *Corr.* nomini. — 3. *Corr.* nuncios. — 4. *Corr.* susciperetur. — 5. *Corr.* reges. — 6. *Corr.* exercitu. — 7. *Corr.* sustinere. — 8. *Corr.* ęcclesię. — 9. *Corr.* resideret. — 10. *Corr.* Chlotharii. — 11. *Corr.* sed. — 12. *Corr.* vindicare. — 13. *Corr.* apud animos. — 14. *Corr.* pręsenti. — 15. *Corr.* impleveris. — 16. *Corr.* audisset. — 17. *Corr.* degener. — 18. *Corr.* regi.

pondeat? » Verum ubi et Desiderius de consilio episcopi
conperit quę fuerant dicta, ira commotus, manus in eum inic-
Fol. 202. cit; cęsumque conmuniter hastis, || pugnis, calcibus ac fune
revinctum, exilio damnaverunt, resque eius tam proprias
quam ęclesię[1] integre auferentes. Waddo autem, qui erat
maior domus reginę Rigunthis, se eisdem copolavit. Reli-
que[2] vero qui cum eo abierant per fugam dilapsi sunt.

XXVIIII. (28). Post hęc autem exercitus ab urbe Pectava
remotus in antea post Gundoaldum proficiscitur. Secutique
sunt cum de Toronicis multi lucri causa; sed Pectavis super
Col. 352. se inruentibus, || nonnulli interempti, plurimi vero spoliati
redierunt. Hii autem qui de his ad exercitum prius iuncxe-
rant pariter abierunt. Itaque exercitus ad Dornoniam fluvium
accedens, pręstolare coepit, quid de Gundoaldo cognusce-
ret[3]. Cui iam, ut supra dictum est, adhęserant dux Disede-
rius[4] et Bladastis cum Waddone maiore domus Rigunthis
reginę. Erant primi cum eo Sagittarius episcopus et Mum-
molus. Sagittarius enim iam repromissione[5] de episcopatu
Tholosano acceperat.

XXVI (29). Dum autem hęc agerentur, misit rex Gunt-
chramnus [Claudium] quendam, dicens : « Si abieris, inquid,
et eiectum de basilica Eberulfum aut gladio interemis[6] aut
catenis vincxeris, magnis te muneribus locupletabo ; verun-
tamen, ne sanctę basilicę iniuriam inferas, omnino commo-
neo. » Ille vero, ut erat vanitate adque[7] avaricię deditus,
velociter Parisius atvolavit[8]. Uxor enim ei[9] ex Meldensi
Fol. 200. terreturium[10] || erat. Volvere animo coepit, utrum Fredegun-
dem reginam videret, dicens : « Si eam videro, elicere ab
ea aliquid muneris possum. Scio enim eam esse homini ad
quem directus sum inimicam. » Tunc accedens ad eam, de
pręsente[11] munera magna capiens, promissiones multas eli-
cuit, ut aut extractum a basilica Eberulfum occideret, aut

1. *Corr.* ęcclesię. — 2. *Corr.* copulavit. Reliqui. — 3. *Corr.* cognosceret. — 4. *Corr.* Desederius. — 5. *Corr.* repromissionem. — 6. *Corr.* interemeris. — 7. *Corr.* vanitati atque. — 8. *Corr.* advolavit. — 9. *Corr.* eius. — 10. *Corr.* terreturio. — 11. *Corr.* pręsenti.

circumventum dolis catenis vinceret aut certe in ipso eum atrio trucedaret[1]. Regressus autem ad Dunensem castrum, comitem commovit, ut ei trecentus[2] viros quasi at costodiendas[3] Toronicę urbis portas adiungeret, scilicet ut, cum venisset, per eorum solacium Eberulfum posset obpremere[4]. Cumque comes loci viros istos commoneret, Claudius Toronus peraccessit. Et cum iter ageret, ut consuetudo est barbarorum, auspicia intendere coepit ac dicere sibi esse contraria, simulque interrogare multis[5], si virtus beati Martini de presente manefestaretur[6] in perfides[7]; aut certe, si aliquis iniuriam in eum sperantibus intulisset, ipsi protenus[8] ulcio sequeretur. Igitur postpositis, ut dixemus[9], viris, qui || Col. 353. ad solacium eius venire debuerant, ipse basilicam accessit. Statimque infelici Eberulfo coniunctus, sacramenta dare coepit || ac iurare per omnia sacrosancta vel virtutem beati Fol. 200 v° pręsentes[10] antestitis, nullum in causis eius fore fideliorem, qui ita cum rege causas eius posset exercere. Hoc enim aput[11] se consilium habuerat miscrimus[12] : « Nisi eum periurando decepero, non vincam. » Verum ubi videt[13] Eberulfus, quod ei talia cum sacramento in ipsam basilicam ac per porticus vel singula loca atrii veneranda promitterit, crededit[14] miser homini periuranti. Die autem altero, cum nos in villa quasi milia triginta ab urbe commoraremur, ad convivium basilica[15] sanctę cum eodem vel reliquis civibus est adscitus, ibique eum Claudius gladio ferire voluit, si pueri eius longius atstetissent[16]. Verumtamen numquam hęc Eberulfus, ut erat vanus, advertit. Postquam autem convivium est finitum, ipse simul ac Claudius per atrium domus basilicę deambulare coeperunt, sibi invicem fidem ac caritatem sacramentis intercurrentibus promitentes. His ita loquentibus, ait Claudius Eberulfo : « Delectat animo at[17] metatum tuum occurrere potum, si vina odora||mentis essent inmixta, aut certe Fol. 201.

1. *Corr.* truciduret. — 2. *Corr.* trecentos. — 3. *Corr.* ad custodiendas. — 4. *Corr.* possit obprimere. — 5. *Corr.* multos. — 6. *Corr.* presenti manifestaretur. — 7. *Corr.* perfidis. — 8. *Corr.* ipsum protinus. — 9. *Corr.* diximus. — 10. *Corr.* pręsentis. — 11. *Corr.* apud. — 12. *Corr.* miserrimus. — 13. *Corr.* vidit. — 14. *Corr.* promitteret, credidit. — 15. *Corr.* basilicæ. — 16. *Corr.* adstitissent. — 17. *Corr.* ad.

potencioris[1] vini libacionem strenuetas tua perquereret[2]. || Fol. 202. Hęc eo dicente, gavisus Eberulfus, respondit habere se, dicens : « Et omnia quę volueris ad metatum meum reperies[3], tantum ut dignetur dominus meus tugurium ingredi mansiones[4] meę. » Misitque puerus[5] unum post alium ad requerenda[6] potenciora vina, Laticina videlicet adque Gazitina. Cumque illum a pueris relictum solum Claudium conspexisset, elevata contra basilica manu, ait : « Martini[7] beatissimę, Col. 354. fac me uxorem || cito cum parentibus videre. » Infelix enim in Fol. 202 v° discrimine positus, || et hunc interfecere[8] in atrio cogitabat et virtutem sancti antestites[9] metuebat. Tunc unus e pueris Claudii, qui erat rubuscior[10], adpręhensum Eberulfum a tergo validioribus lacertis adstringit resupinatumque pectus eius ad [iu]gulandum[11] parat. At Claudius, extractu[12] a balteo gladio, ad eum diriget. Set[13] et ille prolatum a cingulo ferrum se ad percuciendum, [dum][14] teneretur, adaptat. Cumque Claudius, ele[va]ta[15] dextera, cultrum [eius] pectoris iniecisset, et ille non segniter sub ascella illius pugionem defixisset, retractum ad se, libratu[16] ictu pollicem Claudii intercidit. Ex hoc convenientes pueri eius cum gladiis, Eberulfum diversis ictibus sauciant. Quorum de manu dilapsus, dum fugire[17] iam exanimes nitiretur[18], extracto gladio caput eius gravissime verberant, effusoque cerebro cecidit; nec promeruit ab eo salvari, quem fideliter numquam intellexit exposcere. Igitur Claudius timore perteritus, cellolam[19] abbatis expetiit, ab eo tunsorare[20] se cupiens, in cuius patronum reverenciam[21] habere non sapuit. Ille[22] quoque resedente[23], ait : « Perpetratum est scelus inmensum, et nisi tu subveneris, periemus. » Hęc eo loquente, Fol. 203. inruerunt pueri Eberulfi || cum gladiis ac lanceis, obseratumque reperientes ostium, effractis cellolę vitreis[24], hastas

---

1. *Corr.* potenciores. — 2. *Corr.* perquireret. — 3. *Corr.* repperies. — 4. *Corr.* mansionis. — 5. *Corr.* pueros. — 6. *Corr.* requirenda. — 7. *Corr.* Martine. — 8. *Corr.* interficere. — 9. *Corr.* antestitis. — 10. *Corr.* robustior. — 11. *Corr.* iugulandum. — 12. *Corr.* extracto. — 13. *Corr.* dirigit. Sed. — 14. *Add.* dum. — 15. *Corr.* elevata. — 16. *Corr.* librato. — 17. *Corr.* fugere. — 18. *Corr.* niteretur. — 19. *Corr.* perterritus, cellulam. — 20. *Corr.* tinsari. — 21. *Corr.* reverentiam. — 22. *Corr.* illo. — 23. *Corr.* residente. — 24. *Corr.* atriis.

per parietes[1] fenestras inieciunt[2] Claudiumque iam simevivum[3] ictu transfigunt. Satellites autem eius post ostia et sub lectis abduntur. Abba adpręhensus a duobus clericis, inter gladiorum acies vix vivos eripetur[4], reseratisque osteis[5], turba gladiatorum ingreditur. Nonnulli etiam matriculariorum et reliquo||rum pauperum pro scelere commisso tectum cellolę[6] Col. 355
conantur evertere. Sed et inergumini ac diversi egeni cum petris et fustibus ad ulciscendam basilicę violenciam proficiscuntur, indigne ferentes, quur[7] talia, quę numquam facta fuerant, essent ibidem perpetrata. Quid plura? Extrahuntur fugaces ex abditis et crudeliter trucidantur; pavimentum cellolę tabo maculatur. Postquam vero interempti sunt, extrahuntur foris et nudi super humum frigidam relinquuntur. Percussoris[8] vero nete sequente[9], adpręhensis spoliis, fuga dilabuntur. Adfuit autem Dei ulcio de pręsenti super eos qui beatum atrium humano sanguine polluerunt. Sed nec eius facenos[10] parvum esse censetur, quem talia beatus antestis perferre permisit. Magnam ex hoc rex iracundiam habuit, sed, cognita racione, quievit. || Res tamen ipsius Fol. 203 v°
infelices[11] tam mobelis[12] quam inmobelis[13], quod a prioribus relectum[14] fuerat, suis fidelibus condonavit. Quia uxorem eius valde expoliatam in sanctam basilicam reliquerunt. Corpus vero Claudii vel reliquorum parentes[15] proximi auferentes, in suam regionem sepelierunt.

XXX. Igitur Gundoaldus duos ad amicos suos legatus derigit, clericus[16] utiquę. Ex quibus unus abba Caturcinæ urbis litteras quas acceperat, cavatam cudicis tabulam[17], sub cęra recondidit[18]. Sed adpręhensus ab hominibus regis Gunthramni, repertis litteris, in regis pręsencia est deductus; qui caesus gravissime, in costodia[19] est retrusus.

---

1. *Add.* et. — 2. *Corr.* iniciunt. — 3. *Corr.* semivivum. — 4. *Corr.* vivus eripitur. — 5. *Corr.* ostiis. — 6. *Corr.* cellulę. — 7. *Corr.* cur. — 8. *Corr.* percussores. — 9. *Corr.* nocte sequenti. — 10. *Corr.* facinus. — 11. *Corr.* infelicis. — 12. *Corr.* mobiles. — 13. *Corr.* inmobiles. — 14. *Corr.* relictum. — 15. *Add.* ac. — 16. *Corr.* legatos diriget, clericos. — 17. *Corr.* cavata codicis tabula. — 18. *Corr.* recondit. — 19. *Corr.* custodia.

XXXI. Erat tunc temporis Gundoaldus in urbe Burdegalensi ad[1] Berteramno episcopo satis dilectus. Inquirens autem, quę ei causę solacium pręberc possint[2] narravit quidam, quod aliquis in partibus Orientis rex, ablato sancti Sergy[3] martyris pollice, in dextro brachio corporis sui seruissit[4]. Cumque ei necessitas ad depellendum inimicos
Col. 356. obvenisset, in hoc || confusus ausilio[5], ubi dextri lacerti erexisset ulnam, protinus multitudo hostium, quasi martyris oppręssa virtute, labibatur[6] in fugam. Hęc audiens Gun-
Fol. 204. doaldus, inquirere diligencius coepit, || quisnam esset in loco, qui reliquias sancti Sergii martyris meruisset accepere[7]. Interea proditus ab episcopo Berthramno Eufron neguciatur[8] per inimicitiam, quia invitum aliquando eum totunderat[9], inhians facultatem eius. Quod ille dispiciens[10], ad aliam urbem transiens, cęsarię creste, egreditur[11]. Ait ergo episcopus : « Est hic quidam Sirus[12] Eufron nomine, qui de domo sua ęclesiam[13] faciens, huius sancti reliquias collocavit et plurima ex his signa, virtute martyris opitulante, conspexit. Nam cum tempore quodam Burdegalensis civitas maximo flagraretur incendio, hęc domus circumdata flammis nullatenus est adusta. » Ita[14] eo dicente, statim Mummolus cursu rapido cum episcopo Berthramno ad domum Siri accedit; vallatumque hominem[15], pignora sibi sancta pręcepit ostendi. Negat illi[16]. Tamen cogitans, quod pro milicia aliqua ei hęc pararetur insidia, ait : « Noli fategare[17] senem nec sancto inferre iniuriam; sed, acceptis a me centum aureis, abscide[18]. » Illo quoque insistenti[19], ut
Fol. 204 v° sanctas viderit[20] reliquias, ducentus optulit aureos; || et nec sic obtenuit[22] eum recedere, nisi ipsa pignera[23] viderentur. Tunc Mummolus elevari ad parietem scalam iubet — erant enim in sublime parietes[24] contra altarium in capsola[25]

1. *Corr.* a. — 2. *Corr.* possent. — 3. *Corr.* Sergii. — 4. *Corr.* inservisset. — 5. *Corr.* confisus auxilio. — 6. *Corr.* labebatur. — 7. *Corr.* accipere. — 8. *Corr.* negociator. — 9. *Corr.* totonderat. — 10. *Corr.* despiciens. — 11. *Corr.* crescente regreditur. — 12. *Corr.* Syrus. — 13. *Corr.* ęcclesiam — 14. *Corr.* ista. — 15. *Corr.* vallatoque homine. — 16. *Corr.* ille. — 17. *Corr.* fatigare. — 18. *Corr.* abscede. — 19. *Corr.* insistente. — 20. *Corr.* videret. — 21. *Corr.* ducentos. — 22. *Corr.* obtinuit. — 23. *Corr.* pignora. — 24. *Corr.* sublimi pariete. — 25. *Corr.* capsula.

reconditę —; diaconus[1] suum scandere pręcipit[2]. Qui per gradus[3] scandens scalę, adprębendens capsam, ita tremore concusus[4] est, ut nec vivens putaretur ad terram reverti. Adtamen accepta, ut diximus, capsula, quę de parieti[5] pendebat, adtulit. Quam perscrutatam, Mummolus os de sancti digito reperit[6], quod cultro ferire non metuit. Posito enim desuper cultro, et sic de alio percuciebat. Cumque post || multus ictus[7] vix frangi potuisset, divisum in tres[8] partibus Col. 357. ossiculum diversas in partes dilabitur. Credo, non erat acceptum martiri, ut hęc ille contigerit[9]. Tunc flente vehimencius Eofronio[10], prosternuntur omnes in oracionem, depręcantes, ut Deus dignaretur ostendere, quę ab oculis humanis fuerant ablata. Post oracionem[11] autem repertę sunt particulę, ex quibus una Mummolus adsumpta abscessit; set[12] non, ut credo, cum gracia martyris, || sicut in sequenti Fol. 205. declaratum est. Dum autem in hac urbe morarentur, Fausticianum presbiterum Aquensi urbi episcopum urdinare[13] precipiunt. Nuper enim in Aquense urbi[14] episcopus obierat, et Nicecius comes loci illius, germanus Rustici civis Iulensis episcopus, pręcepcionem ab Chilperico elicuerat, ut tunsoratus civitati illi sacerdus[15] daretur. Sed Gundoaldus [des-]truere[16] nitens eius decreta, convocatis episcopis, iussit eum benedici. Berthramnus autem episcopus, qui erat metropolis, cavens futura, Palladium Santonicum[17] iniungit, qui eum benedicerit[18]. Nam et oculi ei eo tempore a lippitudine gravabantur. Fuit autem ad hanc ordinacionem et Orestis Varatinsis episcopus; sed negavit hoc coram regi[19].

XXXII. Post hęc misit iterum Gundoaldus duos legatus[20] ad regem cum virgis consecratis iuxta ritum Francorum, ut scilicet non contingerentur ab ullo, sed exposita legacione cum responsu[21] reverterentur. Sed hii incauti, priusquam

1. *Corr.* diaconum. — 2. *Corr.* pręcepit. — 3. *Corr.* grados. — 4. *Corr.* concussus. — 5. *Corr.* pariete. — 6. *Corr.* repperit. — 7. *Corr.* multos ictos. — 8. *Corr.* tribus. — 9. *Corr.* contigeret. — 10. *Corr.* vehemencius Eufronio. — 11. *Corr.* orationem. — 12. *Corr.* sed. — 13. *Corr.* ordinare. — 14. *Corr.* urbe. — 15. *Corr.* sacerdos. — 16. *Corr.* destruere. — 17. *Corr.* Sanctonicum. — 18. *Corr.* benediceret. — 19. *Corr.* rege. — 20. *Corr.* legatos. — 21. *Corr.* responso.

Fol. 205 v° regis prȩsenciam cernerent, || multis que[1] petebant explanaverunt. Extemplo sermo cucurrit ad regem; itaquȩ vincti catenis [ad][2] regis prȩsenciam deducuntur. Tunc illi quid quererent, ad quem directi, vel aliquo[3] fuerint missi negare non ausi, aiunt: « Gundoaldus, qui nuper ab Oriente veniens, dicit filium [se][4] esse patris vestri regis Chlothacharii, misit Col. 358. nos, ut || debitam porcionem[5] regni sui recipiat. Sin autem a vobis non reditur[6], noveritis, eum in his partibus cum exercitu esse venturum. Omnes enim viri fortissime regiones[7] illius, quȩ ultra Dornoniam sita ad Gallias pertinent, ei coniuncti sunt. Et ita inquid : « Iudicavit[8] tunc Deus, cum in unius campi planiciȩ iuncxerimus, utrum sim Chlothocharii filius, an non. » Tunc rex furore succensus iussit eos ad trocleas extendi, ut, si vera essent quȩ dicerint[9], evidencius adprobarent, et si aliquid doli adhuc intra pectorum archana retinerent, vix[10] tormentorum extorqueret invitus[11]. Deinde increscentibus suppliciis, aiunt neptem illius regis Chilperici filiam, cum Magnulfo Tholosanorum episcopo exsilio depotatam[12], thesauros omnes ab ipso Gundoaldo, oblegatus[13] ipsum quoquȩ regem ab omnibus maioribus natu Fol. 206. Childeberthi regis || expetitum esse, set[14] prȩsentem cum Gunthramnus porro[15] ante hos annus[16] Constantinopolinim abissit[17], ipsum in Galliis invitassit[18].

XXXIII. Quibus caesis et in carcere trusis[19], rex arcessire[20] nepotem suum Childebertum iubet, ut scilicet coniuncti pariter homines istos audire deberent. Denique cum simul coniuncti viros interrogarent, iteraverunt ea, regibus simul adstantibus, quȩ prius solus rex Guntchramnus[21] audivit. Adserebant etiam constanter, hanc causam, sicut iam supra diximus, omnibus senioribus in regno Childeberthi regis esse cognitam. Et ob hoc nonnulli tunc de prioribus regis

---

1. *Corr.* quȩ. — 2. *Add.* ad. — 3. *Corr.* a quo. — 4. *Add.* se. — 5. *Corr.* portionem. — 6. *Corr.* redditur. — 7. *Corr.* fortissimi regionis. — 8. *Corr.* inquit: Iudicabit. — 9. *Corr.* dicerent. — 10. *Corr.* vis. — 11. *Corr.* invitis. — 12. *Corr.* deputatam. — 13. *Corr.* obligatos. — 14. *Corr.* sed. — 15. *Corr.* Boso. — 16. *Corr.* annos. — 17. *Corr.* abisset. — 18. *Corr.* invitasset. — 19. *Corr.* retrusis. — 20. *Corr.* arcessiri. — 21. *Corr.* Gunthramnus.

Childeberthi in hoc placito abire timuerunt, qui in hac causa putabantur esse particepis[1]. Post hęc rex Guntchramnus[2], data in manu regis Childeberthi hasta, ait : « Hoc est indicium, quod tibi omne regnum meum tradedi[3]. Ex hoc nunc vade et omnes civitates meas tamquam tuas proprias sub tui iuris dominacione subici[4]. Nihil enim fa||cientibus peccatis de Col. 359. stirpe mea remansit, nisi tu tantum, qui mei fratres[5] es filius. || Tu enim heres in omni regno meo succede, citeris[6] Fol. 206 v°. exheredibus factis. » Tunc relictis omnibus, adsumpti seursum[7] puero, clam locutus est, prius obtestans diligentissime, ne secreta conlocucio ulli hominum panderetur[8]. Tunc indicavit ei, quos in consilio haberet aut sperneret a conloquio ; quibus se crediderit[9], quos vitaret, quos honoravit[10] muneribus, quos ab honore depellerit[11]. Interea interdicens, ut Egidium episcopum, qui ei semper inimicus exteterat[12], nullo modo aut crederet aut haberet, quia et ei et patri suo sepius periurassit[13]. Deinde cum ad convivium convenissent, cohortabatur Guntchramnus rex omnia[14] exercitum, dicens : « Videte, o viri, quia filius meus Childeberthus iam vir magnus effectus est. Videte et cavete, ne eum pro parvolo[15] habeatis. Relinquete[16] nunc perversitatis[17] atque presumpciones[18] quas exercitis[19], quia rex est, cui vos nunc deservire debetis. » Hęc et his similia locutus, per triduum epullantes[20] atque iocundantes multisque se muneribus || locu- Fol. 207. pletantes, cum pace discesserunt. Tunc ei reddedit[21] rex Guntchramnus omnia quę pater eius Sighibertus habuerat, obtestans, ne ad matrem accederet, ne forte aliquis daretur aditus, qualiter ad Gundoaldum scriberet ut[22] ab eo scripta susceperit[23].

XXXIIII. Igitur Gundoaldus cum audisset sibi exercitum

1. *Corr.* participes. — 2. *Corr.* Gunthramnus. — 3. *Corr.* tradidi. — 4. *Corr.* subice. — 5. *Corr.* fratris. — 6. *Corr.* succedes ceteris. — 7. *Corr.* adsumpto seorsum. — 8. *Corr.* panderentur. — 9. *Corr.* crederet. — 10. *Corr.* honoraret. — 11. *Corr.* depelleret. — 12. *Corr.* extiterat. — 13. *Corr.* periurasset. — 14. *Corr.* omnem. — 15. *Corr.* parvulo. — 16. *Corr.* relinquite. — 17. *Corr.* perversitates. — 18. *Corr.* presumptiones. — 19. *Corr.* exercetis. — 20. *Corr.* epulantes. — 21. *Corr.* reddidit. — 22. *Corr.* aut. — 23. *Corr.* susciperet.

propinquare, relictus a Desiderio duci[1], Garronnam cum Sagittario episcopo, Mummolo et Bladasti docibus[2] atque Waddone transsivit, Convenas petentes. Est enim urbs in cacumine montes[3] sita nullique monti conticua[4]. Fons magnus ad radicem montes[5] erumpens, circumdatus torre[6] Col. 360. tutissima; ad quem || per cuniculum discendentis[7] ex urbe, latentur[8] latices hauriunt. Hanc enim ingressus urbem in inicium quadraginsimę[9], locutus est civibus, dicens : « Noveritis, me cum omnibus, qui in regno Childeberthi habentur, electum esse regem atque habere mecum non modicum solacium. Sed quoniam frater meus Guntchramnus[10] rex inmen || Fol. 207 v°. sum adversus me movit exercitum, oportet vos alimenta adquę cuncta suplectilem[11] infra murorum municionem[12] concludere, ut scilicet, dum nobis illa pietas divina augit[13] solacium, non pereatis inopia. » Hęc illis credentibus, quecumque habere potuerunt collocantes in urbe, preparabant se ad resistendum. Eo tempore Guntchramnus rex missit[14] litteras ad Gundoaldum ex nomine Brunechildis regine, in quibus erat scriptum, ut, relicto exercitu in loca sua abire iussum, ipse remocior aput[15] Burdegalensem urbem hyberna deduceret. Scripserat enim hęc dolosę[16], ut de eo plenius, quid agerit[17]. Igitur cummorante eo apud urbem Convenas, locutus est incollis[18], dicens : « Ecce iam exercitus adpropinquat, egrediemini[19] ad resistendum. » Quibus egredientibus, hii occupantes portas adquę cl[a]uden[tes][20], excluso foris populo cum episcopo loci cuncta quę in urbe invenire potuerunt suis diccionibus subdederunt[21]. Tantaquę ibi multitudo annonę atquę vini reperta est, ut, si viriliter stetissent, per multorum annorum spacia victus alimenta non egerent.

XXXV. Audierant enim eo tempore duces Guntchramni[22]

1. *Corr.* duce. — 2. *Corr.* Bladasto ducibus. — 3. *Corr.* montis. — 4. *Corr.* contigua. — 5. *Corr.* montis. — 6. *Corr.* turre. — 7. *Corr.* discendentes. — 8. *Corr.* latenter. — 9. *Corr.* quadragesimę. — 10. *Corr.* Gunthramnus. — 11. *Corr.* cunctam supellectilem. — 12. *Corr.* munitionem. — 13. *Corr.* auget. — 14. *Corr.* misit. — 15. *Corr.* remotior apud. — 16. *Cod.* *pergit* in his locis (cap. 36) *folio uno, ut supra, in archetypo interposito; corrector in margine notavit.* R[e]q[uire], falsum de enim. a. b. *Folio* 209 *insunt rursum litterae* a. c. — 17. *Corr.* ageret, cognosceret. — 18. *Corr.* incolis. — 19. *Corr.* egredimini. — 20. *Corr.* claudentes. — 21. *Corr.* subdiderunt. — 22. *Corr.* Gunthramni.

regis, Gundoaldum ultra Garonnam in litore || resedere[1] Fol. 209 v°. cum ingenti hostium multitudine, ipsusque[2] thesauros quos Rigundę tulerat, secum retinere. Tunc impetu factu[3], cum equitibus Garon||nam nantando transire[4], nonnullis de Col. 361. exercitu in amne dimersis. Reliqui litus egressi, requirentes Gundoaldum, invenerunt camellus[5] cum ingenti pondere auri adquę argenti sive equites[6], quos fessus[7] per vias reliquęrant. Audientes deinceps eos infra muro[8] urbis Convęnicę commorari, relictis plaustris ac diversis inpedimentis cum populo minor, rubuscioris viris[9] ipsum, sicut iam Garonnam transierant, insequites[10] distinant. Quibus properantibus, venerunt ad basilicam sancti Vincenti, que[11] est infra terminum Agennensis urbis, ubi ipsa marer pro Christi nomine agonem dicitur cunsummasse[12]; inveneruntquę eam refertam diversis thesauris incolarum. Erat enim spes incolis non esse a christianis tanti martyris basilicam violandam. Cuius ostia summo studio obserata erant. Nec mora, adpropinquans exercitus cum res[e]rare[13] templi regias non || vale- Fol. 210. rent, ignem accendit; cumsumptisquę osteis[14], omnem substanciam cunctamquę suppellectilem, quę in ea invenire potuerunt, cum sacris ministeriis abstulerunt. Sed multus ibi ulcio divina conteruit. Nam plerisque manibus divinitus urebantur, emittentis[15] fumum magnum, sicut ex incendio surgere solet. Nonnulli arepti[16] a dęmone, per energiam debachantes martyrem declamabant. Plurimi vero semutua sedicione[17] propriis se iaculis sauciabant. Relicum[18] vero vulgus inante non sine grande[19] metu progressum est. Quid plura? Convenitur ad Convenas — sic enim dixemus[20] nomen urbis —, omnesquę[21] falanga in suburbana urbis campania castra metata est, ibique extensis tenturiis resedebat[22]. Vastabatur in circuitu tota regio, nonnulli autem ab exercitu,

---

1. *Corr.* residere. — 2. *Corr.* ipsosque. — 3. *Corr.* facta. — 4. *Corr.* natando transiere. — 5. *Corr.* camelos. — 6. *Corr.* equos. — 7. *Corr.* fessos. — 8. *Corr.* muros. — 9. *Corr.* minore, robustiores viros. — 10. *Corr.* insequi. — 11. *Corr.* quę. — 12. *Corr.* consummasse. — 13. *Corr.* reserare. — 14. *Corr.* consumptisquę ostiis. — 15. *Corr.* emittentes. — 16. *Corr.* arrepti. — 17. *Corr.* seditione. — 18. *Corr.* reliquum. — 19. *Corr.* grandi. — 20. *Corr.* diximus. — 21. *Corr.* omnis qui. — 22. *Corr.* tentoriis residebat.

quos forcior avaricię acoleos[1] terebat, longius evacantis, peremebantur[2] ab incolis. ||

[Col. 362.] XXXVI. Ascendebant enim per collem et cum Gundoaldo sepius loquębantur, inferentes ei convicia ac dicentes : « Tunc es pictur[3] ille, qui tempore Chlothacharii regis per [Fol. 210 v°.] oraturia parietis adquę || camaras caraxabas? Tune is[4] ille, quem Ballomerem nomine sępius Galliarum incole vocitabant? Tune es ille, qui plerumque a regibus Francorum propter has pręsumpciones quas proferis[5] tunsoratus et exilio datus es? Vel quis te, infelicissimę hominum, in his locis adduxit, edicito. Quis tibi tantam audaciam pręstetit[6], ut dominorum ac regum nostrorum fine auderis[7] atingere? Certe, si a quoquam es evocatus, clara voce testare. En tibi ante oculus[8] mortem expositam, en ipsam, quam diu quęsisti, exitii foveam, in qua pręceps deiciaris. Dic satellites veritim[9], vel a quibus invitęris enuncia. » Ad ille cum hęc audiret, proprius super portam adstans dicebat : « Quod me Chlothacharius pater meus exosum[10] habuerit, habetur inco- [Fol. 208.] gnitum nulli ; quod autem ab eo vel deinceps || a fratribus sim tunsoratus, manifestum est omnibus. Et hec me causa Narsiti prefecto Italiae iuncsit[11] ; ibique uxorem accipiens, duos filius[12] generavi. Qua morta[13], adsumptis mecum liberis, Constantinopolim abii. Ab imperatoribus vero benegnissimi[14] susceptus, usquæ hoc tempore vixi. Ante os[15] enim annis[16] cum Guntchramnus Boso Constantinopolim abissit[17], et ego solicitus[18] causas fratrum meorum diligenter rimarem, cognovi generacionem nostram valde attinuatam[19], nec superesse de stirpe nostra, nisi Childebertum et Guntchramnum regis[20], fratrem scilicet et fratres[21] mei filium. Filii enim Chilperici regis cum ipso interierant, uno tantom

1. *Corr.* aculeus. — 2. *Corr.* evagantes, perimebantur. — 3. *Corr.* pictor. — 4. *Corr.* es. — 5. *Corr.* proferes. — 6. *Corr.* pręstitit. — 7. *Corr.* fines auderes. — 8. *Corr.* oculos. — 9. *Corr.* satelles veritatem. — 10. *Corr.* exossum. — 11. *Corr.* giunxsit. — 12. *Corr.* filios. — 13. *Corr.* mortua. — 14. *Corr.* benignissime. — 15. *Corr.* hos. — 16. *Corr.* annos. — 17. *Corr.* abisset. — 18. *Corr.* sollicitus. — 19. *Corr.* attenuatam. — 20. *Corr.* reges. — 21. *Corr.* fratris.

parvolo[1] derelicto. Gunt||chramnus frater meus filius[2] non Col. 363. abebat[3]; Childebertus nepus[4] noster menime[5] fortis erat. Tunc Guntchramnus Boso, hec mihi diligenter exposita, invitavit me, dicens : « Veni, quia ab omnibus regni regis Childeberthi principibus invitaris, nec quisquam contra tę mutere[6] auxus est. Scimus enim omnes, te filium esse Chlothacharii, nec remansit in Galliis || qui regnum illum re- Fol. 208 v°. gere possit, nisi tu advenias. » At ego, datis ei multis muneribus, per duodecim loca sancta ab eo suscipio[7] sacramenta; ut securus in hoc regnum accederem. Veni enim Massilia; ibique me episcopus summa benignitate suscepit; habebat enim scripta seniorem[8] regni nepotis mei. Ex hoc enim Avinoniae[9] accessi iuxta placita patricii Mummoli. Guntchramnus vero inmemor sacramenti ac promissiones[10] suae, thesauros meos abstullit[11] et in sua dicione subegit. Nunc autem recognuscete[12], quia ego sum rex, sicut et frater meus Guntchramnus. Tamen, si tanto odio nostro mens vestra grassatur, vel ad regem vestrum deducar, et si me cognuscit[13] fratrem, quod voluerit faciat. Certe, si nec hoc volueritis, vel liceat mihi regredi, unde prius egressus sum. Abebo[14] enim et nulli quicquam iniuriae inferam. Tamen, ut sciatis vera esse quę dico, Radegundem Pectavam et Ingotrudem Toronicam interrogate. Ipse[15] enim vobis adfirmabunt, cęrte[16] esse quę loquor. » Hęc eo dicente, multi cum con||viciis et inproperiis hęc verba prosequębantur. Fol. 209.

XXXVII. Dies quintus et decimus in hac obsidione effulserat, et Leudeghiselus novas ad distruendam[17] urbem machinas pręparabat. Plastra[18] enim cum arietibus, cletellis[19] et axebus[20] tecta, sub quę exercitum properaret ad distruendas murus[21]. Sed cum adpropinquassent, ita lapi[di]bus obruebantur, ut omnes adpropinquantes muro curruerint[22].

---

1. *Corr.* tantum parvulo. — 2. *Corr.* filios. — 3. *Corr.* habebat. — 4. *Corr.* nepos. — 5. *Corr.* minime. — 6. *Corr.* mutire. — 7. *Corr.* suscipio. — 8. *Corr.* seniorum. — 9. *Corr.* Avinoni. — 10. *Corr.* promissionis. — 11. *Corr.* abstulit. — 12. *Corr.* recognoscite. — 13. *Corr.* cognoscit. — 14. *Corr.* abibo. — 15. *Corr.* ipsę. — 16. *Corr.* cęrta. — 17. *Corr.* destruendam. — 18. *Corr.* plaustra. — 19. *Corr.* clitellis. — 20. *Corr.* axibus. — 21. *Corr.* muros. — 22. *Corr.* corruerent.

Cupas cum pice et adipe accensas super eos proicientes[1], alias vero lapidibus plenas super eos deiciebant. Set[2] cum nox certamina prohiberet, hostes ad castra regressi sunt. Col. 364. Erat autem Gundo||aldus et Chariulfus valde dives ac praepotens, cuius adpotecis ac prumtuariis urbi valde referta erant; de cuius substancia[3] hi maxime alebantur. Bladastis autem haec cernens que gerebantur, metuens, ne Leudeghisilus, obtenta victuria, eos morte traderent[4], inposito igne in eclesiae domo, concurrentibus ad incendium mitigandum inclusis, ille fuga delapsus[5] abscessit. Mane autem facto, exercitus iterum ad bella consurgit[6], fasces faciunt, quasi ad conplendam vallem profundam, quae a par[te] orientes[7] sita erat; et nocere hec mahina[8] nihil potuit. Sagitarius vero episcopus frequencius muros com arma circuibat et sepius [lapides] contra hostem manu propria eiecit e muro.

Fol. 211. XXXVIII. Denique hii qui urbem inpugnabant cum vi||derint[9], quod nihil proficere possint, nuncius occultus ad Mummolom[10] dirigunt, dicentes : « Recognusce[11] dominum tuum et a perversitate ista tandem aliquando desiste. Quę enim te amencia[12] vallat, ut ignoto homine subiungaris? Uxor enim tua iam cum filiis captivata est, filii tui utpute iam interfecti sunt. Quo ruis[13], quidvę prętolaris, nisi ut corruas? » Hęc illi[14] mandata accipiens, dixit : « Iam, ut video, regnum nostrum finem accepit, et potentia cadit. Unum superest, si securitatem vitę me[15] habere cognuscerim, de multo vos labore poteram removere. » Discendentibus nonciis[16], Saggittarius episcopus cum Mommolo, Chariulfo atquę Waddone ad eclesiam[17] pergit; ibiquę sibi sacramenta dederunt, ut, si de vitę promissione certiores fierint[18], relicta amicicia[19] Gundoaldi, ipsum hostibus traderent. Reversi iterum nuncii promiserunt eis vitę securitatem.

1. *Vide supra*, p. 34, n. 16. — 2. *Corr.* sed. — 3. *Corr.* substancia. — 4. *Corr.* morti traderat. — 5. *Corr.* dilapsus. — 6. *Add.* ac ex virgis. — 7. *Corr.* parte orientis. — 8. *Corr.* machina. — 9. *Corr.* viderent. — 10. *Corr.* Mummolum. — 11. *Corr.* recognosce. — 12. *Corr.* amentia. — 13. *Corr.* Quur vis. — 14. *Corr.* ille. — 15. *Corr.* meae. — 16. *Corr.* Descendentibus nunciis. — 17. *Corr.* ecclesiam. — 18. *Corr.* fierent. — 19. *Corr.* amicitia.

Mummolus vero dixit : « Hoc tantum fiat ; ego hunc in manu vastra tradam, et ego recognuscens [1] dominum meum regem, ad eius presenciam [2] properabo. » Tunc ille [3] || promit- Fol. 211 v° tunt, quod, si hęc impleret, ipsum in caritate susceperint [4], et se cum rege excussare [5] non possint, in eclesia [6] ponerent, ne vitę amissione multaretur. Hęc cum sacra||menti interpos- Col. 365. sicione [7] pollicite, discesserunt. Mummolus vero cum Sagittario episcopo et Waddone ad Gundoaldum pergentes, dixerunt : « Sacramenta fidelitates [8], qualia tibi dedimus, ipse qui pręsens es nusti [9]. Nunc autem accepe [10] salubre consilium, descende ab hęc [11] urbe et repręsentare fratri tuo, sicut sepe quęsisti. Iam enim cum his hominibus conlocuti summus [12], et ipse [13] dixerunt, quia non vult rex perdere solacium tuum, eo quod de generacione [14] vestra parum remanserit. » Ad illi intelegens [15] dolum eorum, lacrimis perfussus, ait : « Invitationem vestram in his Galliis sum delatus, thesaurus meus [16], in quibus inmensum pondus argenti continetur et auri ac diversarum specięrum [17], aliquid in Avennica urbe detenetur, aliquid Guntchramnus Boso diripuit. || Ego vero iuxta Dei ausilium [18], spem omnem in Fol. 212. vobis possitam [19] vobis consilium meum crededi, per vos regnare semper obtavi. Nunc cum Deo vobis sit actio, si quid mihi mendacii dixeritis ; ipsi [20] enim iudicet causam meam. » Hęc eo dicente, respondit Mummolus : « Nihil tibi fallaciter loquimur ; sed ecce viros fortissimos stantes ad portam tuum opperientes adventum. Nunc autem depone balteum meum aureum, quo cingeris, ne videaris in iactantia procedere ; et tuum accenge gladium meumque restituę. » Et ille : « Non simpliciter, inquid, hęc verba suscipio, ut ea quę de tuis usquę nunc in caritate usus sum a me aufærantur. » Mummolus vero adserebat cum iuramento nihil ei molesti fieri. Egressi igitur portam, ab Ullone Beturicum

1. *Corr.* recognoscens. — 2. *Corr.* presentiam. — 3. *Corr.* illi. — 4. *Corr.* susciperent. — 5. *Corr.* excusare. — 6. *Corr.* ecclesia. — 7. *Corr.* interpossitione. — 8. *Corr.* fidelitatis. — 9. *Corr.* nosti. — 10. *Corr.* accipe. — 11. *Corr.* hac. — 12. *Corr.* sumus. — 13. *Corr.* ipsi. — 14. *Corr.* generatione. — 15. *Corr.* ille intellegens. — 16. *Corr.* thesauros meos. — 17. *Corr.* speciarum. — 18. *Corr.* auxilium. — 19. *Corr.* positam. — 20. *Corr.* ipse.

comite et Bosone susceptus [est]. Mummolus autem cum satellitibus in urbe regressus, portam firmissimę obseravit. Hic autem cum se in manibus inimicorum cerueret traditum, elevatis ad cęlum manibus, ait : « Iudex aeterne et ulcio vera innocencium, Deus, a quo omnes[1] iustitia procedit, cui mendacium non placet, in quo nullus dolus neque ver- Fol. 212 v°. sucia malicię contenitur, || tibi commendo causam meam, depręcans, ut sis velociter ultur[2] super eos, qui me insontem in manibus tradiderunt inimicorum. » Hęc cum dixisset, consignans se cruce dominica, abire coepit cum hominibus Col. 366. supradictis. Cumquę a portae || elongassint, sicut est circa urbem vallis tota in pręcipicio, impulsus ab Bolonne coecidit, illo quoque clamante : « En vobis Ballomerem vestrum, qui se regis et fratrem dicit et filium. » Et inmissa lancia voluit eum transfigere, sed repulsa a circulis lurice nihil nocuit. Denique cum elevatus ad montem regredi niteretur, Boso, emisso lapide, caput eius libravit. Qui cedidit et mortuos[3] est. Venitque omnem[4] vulgus, et defixis in eo lanceis, pedes eius fune legantis, per omnia exercituum castra traxerunt; evellentesque caesariem ac barbam eius, insepultum ipso quo interfectus fuerat loco reliquerunt. Nocte vero sequenti hii, qui primi erant, omnes thesauros, quos in urbe reperire potuerunt, cum ministeriis ęclesię clam abstulerunt. Mane vero, reseratos portarum valvis, emisso exercitu, omnes vulgus inclusum in ore gladii tradiderunt, sacerdotis[5] quoque Domini cum ministris ad ipsa ęclesiarum altaria tru- Fol. 213. cidantes. Postquam autem cunctus interfecerent, || ut non remaneret mengens[6] ad parietem, omnem urbem cum ęclesiis reliquisque ędificiis succenderunt, nihilque ibi pręter umum vacuam relinquentes.

XXXVIIII. Igitur Leudeghisilus rediens ad castra cum Mummolo et Sagittario, Chariulfo vel Waddone, nuncius[7] occulte ad regem diregit[8], quid de his fieri vellet. At ille

1. *Corr.* omnis. — 2. *Corr.* ultor. — 3. *Corr.* mortuus. — 4. *Corr.* omnis. — 5. *Corr.* sacerdotes. — 6. *Corr.* mingens. — 7. *Corr.* nuncios. — 8. *Corr.* dirigit.

capitali eos iussit finire sententiam. Waddo tunc cum Chariulfo, relictis filiis obsedibus, discesserunt ab eis. Delato quoque nuntio de horum interitu, cum hoc Mummolos advertissit, accintus[1] arma ad tugurium Leudeghisili petit. Ad ille videns eum, ait : « Quid sic, inquid, quasi fugiens venis ? » Cui ille : « Nihil, ut video, de fide promissa servatur ; nam cerno me in mortis exitio positum. » Cui illi[2] : « Ego egrediar foras et omnia mitigabo. » Quo egrediente, confestim ex iusso eius vallata est domus, ut hic interficeretur. Sed et ille, cum diutissime contra bellantes restitisset, venit ad ostium ; cumque egre[de]retur, duo cum lancæis utraquę ei latera feriunt. Sicquæ cęcidit et mortuos[3] est. Quod viso episcopus dum timore consternatus paveret, ait ad eum quidam de adstantibus : « Inspicæ propriis oculis, episcope, que geruntur || et tecto || capitę, ne agnoscaris, Fol. 213 v°.
silvam pete, ut absconderis paullolum, atque ira labentę Col. 367.
possis evadere. » At ille, accepto consilio, dum obtecto capite fugire niteretur, extracto quidam gladio caput eius cum cocullo decedit[4]. Deinde unusquisque ad propria rediens, magnas per viam predas et homicidia fecit. Fredegundis autem his diebus Chuppanem in Tholosano direxit, ut scilicet filiam suam exinde quocumque modo possit eruere. Ferebant enim plerique ob hoc eum transmissum, ut, si Gundoaldum reperisset vivum, multis inlectum promisionibus ad eam transduceret. Sed cum hoc facere nequivisit[5], acceptam Rigundem ad loco illo reduxit, non sine grande humilitate atque contumilia.

XXXVIIII (40). Igitur Leudeghisilus dux cum thesauris omnibus, quos superius nominavimus, ad regem venit ; quos postea rex pauperibus et aeclesies[6] erogavit. Adprehensam vero uxorem[7] Mummuli inquirere rex cepit, quid thesauri, quos hii congregaverant, || devenissent. Sed illa cognuscens[8] Fol. 214.
virum suum interfectum fuisse et omnem iactantiam eorum

1. *Corr.* advertisset, accinctus. — 2. *Corr.* ille. — 3. *Corr.* mortuus. — 4. *Corr.* decidit. — 5. *Corr.* nequivisset. — 6. *Corr.* aeclesiis. — 7. *Corr.* adprehensa uxore. — 8. *Corr.* cognoscens.

prorsus in terram conruisse, omnia pandit, dixitque multum adhuc apud urbem Avennecam auri atque argenti esse, que ad regis notitiam non venisent. Statimque misit rex viros qui hæc deferre deberint[1], cum uno puero, quem valde creditu[m] Mummolus habens, hæc ei commendaverat. Abeuntes autem acceperunt omnia que in urbe relicta fuerant. Ferunt autem ducenta quinquaginta talenta argenti fuisse, auri vero amplius quam triginta. Sed haec, ut fuerunt, de reperto antiquo thesauro abstulit. Quod rex diviso cum Childebertho regi, nepote suo, partem suam maxime pauperibus est largitus; mulieri autem nihil amplius, quam ea quæ de parentibus habuerat derelinquens.

XL (41). Tunc et homo ille inmensi corporis ad regem de Mummoli familiaribus adductus est, ita magni corporis ela-
Fol. 214 v°. tus, ut duos aut tres pedes super longissimus hominis[2] || putaretur magnus, lignarius faber, qui non multo post obiit.||

Col. 368. XLI (42). Post hęc edictum a iudicibus datum est, ut qui in hec expedicione[3] tardi fuerant damnarentur. Biturgum quoque comes misit pueros suos, ut in domo beati Martini, quę in hoc termino sita est, huiusmodi homines expoliare deberent. Sed agens domus illius resistere fortiter coepit, dicens : « Sancti Martini homines hii sunt. Nihil eis quicquam inferatis injurię, quia non habuerunt consuetudinem in talibus causis abere[4]. » Ad ille[5] dixerunt : « Nihil nobis et Martino tuo, quem semper in causis inaniter proferis[6], sed et tu et ipsi pręcia dissolvitis, pro eo quod regis imperium neglexistis. » Et hec dicens ingressus est atrium domus. Protenus[7] dolore percussus cecidit et graviter agere coepit. Conversusque ad agentem voce flebili ait : « Rogo, ut facias super me crucem Domini et invocis[8] nomen beati Martini. Nunc autem cognovi, quod magna est virtus eius. Nam et[9] ingrediente me atrium domus, vidi virum senem

1. *Corr.* deberent. — 2. *Corr.* longissimos homines. — 3. *Corr.* hac expeditione. — 4. *Corr.* abire. — 5. *Corr.* illi. — 6. *Corr.* profers. — 7. *Corr.* protinus. — 8. *Corr.* invoces. — 9. *Corr.* *delevit* et.

exhibentem arborem in manu sua, que mox extensis ramis omne atrium texit. Ex ea enim unus me adtingit ramus, || de Fol. 215. cuius ictu turbatus corrui. » Et innuens suis rogabat, ut eiceretur de atrio. Egressus autem invocare nomen beati Martini adtencius coepit. Ex hoc enim commodius agens, sanatus est.

XLII (43). Desiderius vero infra castrorum municione se resque suas tutavit. Waddo maior domus Rigundis ad Brunechildem reginam transiit, et ab ea susceptus, cum muneribus et gracia est demissus. Chariulfus basilicam sancti Martini expetiit.

XLIII (44). Fuit tunc tempores[1] mulier, que spiritum phitonis[2] habens multum pręstabat domnis divinando quęstum eoque in gracia profecit[3], ut ab his liberta facta, suis volontatibus[4] laxaretur. Si quis enim aut furtum aut aliquid male perferret, statim hęc, quo fur abiit, cui tradedit[5], vel quid ex hoc fecerit, edicebat. Congregabat cotidie aurum argentumque, procedens in ornamentis, ita ut putaretur esse divinum aliquid in populis. Sed cum Agerico Veridunense episcopo hęc nonciata[6] fuissent, misit || ad conpręhen Col. 369. dendum eam. Quam adpręhensam et ad se adductam, iuxta id quod in Actibus legimus apostolorum[7], cognovit in ea inmundum spiritum esse phitonis. || Denique cum exorcis- Fol. 215 v°. mum super eam diceret ac frontem oleo sancto perunguerat, exclamavit demonium et quid esset prodidit sacerdoti. Sed cum per eum a puella non extruderetur, abire permissa est. Cernens vero puella, quod in loco illo habitare non possit, ad Fredegundem reginam habiit ibique et latuit.

XLIIII (45). Magna hoc anno famis poene Gallias totas obpressit. Nam plurimi uvarum semina, flores avillanorum, nonnulli radicis[8] erbe felitis arefactas redactasque in pulve-

1. *Corr.* temporis. — 2. *Corr.* phytonis. — 3. *Corr.* gratia proficit. — 4. *Corr.* voluntatibus. — 5. *Corr.* tradidit. — 6. *Corr.* nuntiata. — 7. Act. 16, 16. — 8. *Corr.* radices.

rem, admiscentes parumper farinę, panem conficiebant. Multi enim erbam sigitum[1] decidentes, similiter faciebant. Fuerunt etiam multi, quibus non erat aliquid farinę, qui diversas coligentes erbas et comedentes, tumefacti defitiebant. Plurimi enim tunc ex inedia tabiscentes mortui sunt. Graviter tunc negutiatores[2] populum expoliaverunt, ita ut Fol. 216. vix vel modium annone aut semodium vini || uno treante venundarent. Subdebant pauperis servitio, ut quantulumcumque de alimento porregerent.

XLV (46). His diebus Christoforus negutiatur[3] ad Aurilianensem urbem habiit. Audierat enim, quod ibidem multum vini dilatum fuisset. Habiens ergo, cumparato[4] vino et lintribus invecto, accepto caso cero pecunia multa, cum duobus pueris Saxonibus viam equitando terebat. Pueri vero diu dominum exosum[5] habentes et plerumque fuga labentes, eo quod crebrius gravissime verberarentur, cum venissent in quadam silva, pręcedente domino, puer unus iaculata valide lantia dominum suum transfixit. Quo ruente, alius cum framea capud eius dilaceravit. Et sic ab utroque in frustis decisus, exanimo est relictus. Hi vero accipientes pecuniam, fuga dilapsi sunt. Frater vero Cristofori, sepulto corpuscolo, homines suos post pueros dirigit. Iuniore quoque conpręCol. 370. henso legant, seniore cum pecunia fu||giente. || Quibus Fol. 216 v°. rediuntibus[6], cum vinctum laxius reliquissent, accepta lancia, unum ex his a quibus ducebatur interemit. Sed deductus ab aliis usque Toronus, diversis suppliciis adfectus detruncatusquę, patibolo valde exanimis est adpensus.

XLVI (47). Gravia tunc inter Toronicos cives bella civilia surrexerunt. Nam Sicharius, Iohannis quondam filius, dum ad natalis dominici solemnia apud Montalomagensem vicum cum Austrighysilo reliquosque pagensis cęlebraret, presbiter loci misit puerum ad aliquorum hominum invitacionem, ut ad domum eius bibendi gracia venire deberint. Veniente

---

1. *Corr.* segitum. — 2. *Corr.* negotiatores. — 3. *Corr.* negotiator. — 4. *Corr.* conparato. — 5. *Corr.* exossum. — 6. *Corr.* redeuntibus.

vero puero, unus ex his qui invitabantur, extracto gladio, eum ferire non metuit. Qui statim cecidit et mortuos[1] est. Quod cum Sicharius audisset, qui amicitias cum presbitero retinebat, quod scilicet puer eius fuerit interfectus, arrepta arma ad ęclesiam petit[2], Austrighyselum opperiens. Ille autem hęc audiens, adpręhenso armorum aparatu[3], contra eum diregit[4]. Mixtisque omnibus, cum se pars utraque conliderit[5], || Sicharius inter clericus[6] ereptus, ad villam suam Fol. 217. effugit, relictis in domo presbiteri cum argento et vestimentis quatuor pueris sauciatis. Quo fugiente, Austrighiselus iterum inruens, interfectis pueris, aurum argentumque cum reliquis rebus abstulit. Dehinc cui iudicio civium convenissent, et pręceptum esset, ut Austrighiselus, qui homicida erat et, interfectis pueris, res sine audienciam[7] diripuerat, censura legali condempnaretur. Inito placito, paucis infra diebus Sicharius audiens, quod res, quas Austrighiselus deripuerat, cum Aunone et filio adque eius fratre Ęberulfo retinerentur, postposito placito, coniunctus Audino, mota sedicione[8], cum armatis viris inruit super eos nocte, elisumque hospicium, in quo dormiebant, patrem cum fratre et filio interemit resque eorum cum pecoribus, interfectisque servis, abduxit. Quod nos audientes, vehimenter[9] ex hoc molesti, adiuncto iudice, legacionem[10] ad eos mittemus[11], ut in nostri pręsencia venientes, || accepta racione, cum pace || Fol. 217 v°. discenderent[12], ne iurgium in amplius pulularet[13]. Col. 371. Quibus venientibus conjunctisque civibus, ego aio : « Nolite, quiri[14], in sceleribus proficere, ne malum longius extendatur. Perdedimus[15] enim ęclesię[16] filius ; metuemus nunc, ne et alius[17] in hac intencione careamus. Estote, quęso, pacifici ; et qui malum gessit, stante caritate, conponat, ut sitis filii pacifici, qui digni sitis regno Dei, ipso Domino tribuente, percipere. Sic enim ipsi[18] ait : *Beati pacifici, quoniam filii Dei voca-*

1. *Corr.* mortuus. — 2. *Corr.* petiit. — 3. *Corr.* apparatu. — 4. *Corr.* diriget. — 5. *Corr.* conlideret. — 6. *Corr.* clericos. — 7. *Corr.* audientiam. — 8. *Corr.* seditione. — 9. *Corr.* vehementer. — 10. *Corr.* legationem. — 11. *Corr.* mittimus. — 12. *Corr.* discederent. — 13. *Corr.* pollularet. — 14. *Corr.* queri. — 15. *Corr.* perdidimus. — 16. *Corr.* ęcclesię filios. — 17. *Corr.* alios. — 18. *Corr.* ipse.

buntur[1]. Ecce enim, etsi illi, qui noxę subditur, minor est facultas, argento ęclesię redemitur; interim anima viri non pereat. » Et hec dicens, optuli argentum ęclesię; sed pars Chramnesindi, qui mortem patris fratresque et patrui requerebat, accepere[2] noluit. His discedentibus, Sicharius iter, ut ad regem ambularet, prępparat, et ob hoc Pectavum ad uxorem cernendam proficiscitur. Cumque servum, ut exerceret opera, Fol. 218. commoneret elevatamque virgam ictibus verberaret, || ille, extracto baltei gladio, dominum sauciare non metuit. Quod Col. 372. in terram ruente, currentes amici adprę||hensum servum crudeliter cęsum, truncatis manibus et pedibus, patibolo damnaverunt. Interim sonus in Toronicum exiit, Sicharium fuisse defunctum. Cum autem hec Chramnesindus audisset, commonitis parentibus et amicis, ad domum eius properat. Qui expoliatis, interemptis nonnullis servorum, domus omnes tam Sicharii quam reliquorum, qui participes huius villę erant, incendio concremavit, abducens secum pecora vel quecumque moveri potuit. Tunc partes a iudice ad civitatem deductę, causas proprias prolocuntur; inventumque est a iudicibus, ut, qui nollens accepere prius conposicionem[3] domus incendiis tradedit[4], medietatem pręcii, quod ei fuerat iudicatum, amitteret — et hoc contra legis actum, ut tantum pacifici redderentur — alia vero medietatem conposiciones[5] Sicharius reddered[6]. Tunc datum ab ęclesia Fol. 218 v°. argentum, quę iudicaverunt, || accepta securita[te][7] conposuit, datis sibi partes invicem sacramentis, ut nullo umquam tempore contra alterum pars alia musitaret. Et sic altercacio[8] terminum fecit. ||

---

1. Matth., 5, 9. — 2. *Corr.* accipere. — 3. *Corr.* conpositionem. — 4. *Corr.* tradidit. — 5. *Corr.* conpositionis. — 6. *Corr.* redderet. — 7. *Corr.* securitate. — 8. *Corr.* altercatio.

EXPLICIT LIBER VII.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI OCTAVI. C. 373-374.

porum et Wandaleni.

XXIII. De diluviis.

XXIIII. De insolis maris.

XXV. De insola, in qua sanguis apparuit.

XXVI. De Berulfo, qui dux fuit.

XXVII. Quod Desiderius ad regem habiit.

XXVIII. De Ermeneghildo et Ingundę, vel de legatis Spanorum clam ad Fredegundem missis.

XXVIIII. Quod Fredegundis misit, qui Childebertum interfecerint.

XXX. Quod exercitus in Septimaniam abiit.

XXXI. De interfeccione Prętextati episcopi.

XXXII. De interitu Domnolę, uxoris Nectarii.

XXXIII. De incendio urbis Parissiae. ||

Fol. 219 v°.

XXXIIII. De reclausis temptatis.

XXXV. De legatis Spanorum.

XXXVI. De interitu Magnoaldi.

XXXVII. Quod Childeberthi filius natus est.

XXXVIII. Quod Hispani in Gallias[1] proruperunt.

XXXVIIII. De obito episcoporum.

XL. De Pelagio Toronico.

XLI. De his qui Prętextato interfecerunt.

XLII. Quod Bippolenus dux datus est.

XLIII. Quod Nicecius rector Provincię ordinatus.

XLIIII. Et de his quę Antestius gessit.

XLV (44). De eo qui regem Guntchramnum interfecere voluit.

XLVI (45). De interitu Desiderii ducis.

XLVII (46). De obito Leuvichilde[2] regis. ||

EXPLICIUNT CAPITOLA LIBRI VIII DEO GRATIAS

---

1. *Corr.* Galliis. — 2. *Corr.* Leuvighilde.

IN CHRISTO NOM[INE] INCIPIT LIBER VIIII (VIII). Col. 375.

[I.] Igitur Guntchramnus rex, anno XXIIII regni sui de Cavillonno progressus, Nevernensem urbem || adgreditur. Fol. 220. Invitatus enim Parisius veniebat, ut Chilpirici filium, quem iam Chlothacharium vocitabant, a sacro regeneraciones[1] fonte deberet ex[ci]pere[2]. Degressus vero a Neverno ad Aurilianensem urbem venit, magnum se tunc civibus suis prębens. Nam per domibus eorum invitatus ibat[3] et prandia data libabat; multum ab his muneratus munera qui ipsis proflua benignitate largitus est. Sed cum ad urbem Aurilianensem venissit[4], erat ea die solemnitas beati Martini, id est IIII. nonas mensis quinti. Processit qui in obviam eius inmensa populi turba cum signis adquę vixillis, canentes laudes. Et hinc lingua Syrorum, hinc Latenorum[5], hinc etiam ipsorum Iudęorum in diversis laudibus varię concrepabat, dicens : « Vivat rex, regnumque eius in populis annis innumeris dilatetur. » Iudęi vero qui in his laudibus videbantur esse participes, dicebant : « Omnes gentes te adorent || tibique genoque[6] flectant adquę tibi sint subdite[7]. » Col. 376. Unde factum est, ut, celebrantes missis[8] cum rex ad convivium resederet, diceret : « Vę genti Iudęi || cę malę et per- Fol. 220 v°. fidę ac subdolo semper sensu viventi. Ob hoc enim mihi, inquid, hodie laudes adulaturias adclamabat, ut me cunctę gentes quasi dominum adorarent, ut synagoga eorum, que dudum a christianis deruta est, iuberem ope publica sublevare ; quod, iubente Domino, numquam ero facturus. » O regem admirabili prudencia clarum ! Sic intellexit dolositatem hereticorum, ut ei pęnitus non valerent subripire[9], quę erant postmodum suggesturi. Iam enim mediante epulo rex locutus est sacerdotibus qui aderant, dicens : « Rogo ut in domo mea crastina die vestram promerear benediccionem[10], fiatque mihi salus in ingressu vestro, ut ex hoc salvus fiam, cum super me humilem vestrarum benediccionum verba

1. *Corr.* regenerationis. — 2. *Corr.* excipere. — 3. *Corr.* invitatos abitat. — 4. *Corr.* venisset. — 5. *Corr.* Latinorum. — 6. *Corr.* genuque. — 7. *Corr.* subditę. — 8. *Corr.* missas. — 9. *Corr.* subripere. — 10. *Corr.* benedictionem.

[illegible] omnes gracias agentes [illegible]ulo [illegible]

[illegible] sanctorum [illegible] nostrum advenit. [illegible] enim [illegible] ad [illegible] ili [illegible] annuntiat nobis [illegible] Berthchramnus [illegible] nominavi[illegible]. Set[illegible] regem [illegible]erat. [illegible] enim [illegible] cur [illegible] Agnus episcopum [illegible]. Sed hanc [illegible] a Berthchramno [illegible] « Oculi [illegible] ergo expolia[illegible] sum. Non [illegible] principatum [illegible] » Cum hec [illegible] ut vix optinere [illegible] quos antea non [illegible] interrogat rex : « [illegible] quod ab eo visus non fuerat [illegible] est Berthchramnus, Burdegalinsis urbis episcopus. » Cui ille : « Gracias, inquid, agimus, quod sic custodisti fidem generacione tue. Scire enim te opportuerat, dilectissime pater, quod parens eras nobis ex matre nostra, et super gentem tuam non debueras inducere pestem extraneam. » Cumque talia et his similia Berthchramnus audisset, conversus ad Palladium rex ait : « Nec tibi, o

1. [illegible] 2. Corr. oratione. — 3. Corr. accipere. — 4. Corr. [illegible] 5. Corr. [illegible] Gundoaldi. — 6. Corr. Sed. — 7. Corr. Gondovaldum. — 8. Corr. Berthchramnum.

Palladie episcope, nimium sunt gracię referendę. Tercio enim mihi, quod de episcopo dici iniquum est, periurasti, mit||tens indicolos dolositate plenus. A me excusabaris per Col. 378. epistolas, et germanum meum cum scriptis aliis invitabas. Iudicavit enim Deus causam meam, cum ego provocare vos semper tamquam ęclesię patres studui, et vos circa me semper egistis dolose. » Nicasio autem et Antidio episcopis dixit : « Quid vos, o sanctissimi patres, pro regiones utilitate vel regni nostri suspitate[1] tractastis, edicete? » || Illis Fol. 222. quoque tacentibus, ablutis rex manibus accepta [a] sacerdotibus benediccione[2], ad mensam resedit lęto vulto[3] et hilare[4] facię, quasi nihil de contempto[5] suo fuisset affatus.

III. Interea iam medium prandii peractum, iubet rex, ut diaconem nostrum, qui ante diem ad missas psalmum responsurium dixerat, canere iuberem. Quo canente, iubet iterum mihi, ut omnes sacerdotes qui aderant per meam commonicionem, datis ex oficio suo singulis clerecis, coram regem iuberentur cantare. Per me enim secondum[6] regis imperium admoniti, quisque, ut potuit, in regis pręsencia psalmum responsurium decantavit. Cum autem percula proferentur, dixit rex : « Argentum omne, quod cernitis, Mummoli illius periuris fuit; sed nunc, gracia Domini tribuente, in nostra dominacione[7] translatum est. Nam quindecim ex eo catinos, ut istum maiorem cernitis, iam concidi, et non exinde amplius quam hunc et alium de cento[8] septuaginta libris reservavi. Et quid amplius quam opus cotidianum? Non ego, quod peius est, alium filium pręter Childeberthum || habeo, cui satis sit de thesauris, quos ei pater reliquid, Fol. 222 v°. et quę iam de huius miserrime rebus, que Avennione invente sunt, transmittere curavi. Reliqua vero pauperum et ęclesiarum erunt neccessitatibus tribuenda. »

IV. « Unum vos tantummodo, sacerdotes Domini, depręcor, ut pro filio meo Childebertho Domini misericor||diam Col. 379.

1. *Corr.* sospitate. — 2. *Corr.* benedictione. — 3. *Corr.* vultu. — 4. *Corr.* hilari. — 5. *Corr.* contemptu. — 6. *Corr.* secundum. — 7. *Corr.* dominatione. — 8. *Corr.* centum.

[illegible] Est enim vir sapiens atque utilis, ut de multorum annorum aevi vix ita iam cautus homo reperire possit[1] ac strinuus[2]. Quia si vobis Deus eis Galliis concedere dignabatur, fortassis[3] spes erat, ut eodem gentem nostram, que valde exinanita est, posse consurgere. Quod fieri iuxta eius misericordiam non diffido, eo quod tale fuerit pueri nativitates presagium. Nam in die sancto pascha est, ante nativitatis est elevatus fratre meo Sighibertho in ęclesia, procedente diacono cum sancto euangeliorum[4] libro, nuncius regi advenit, unaque vox fuit pronunciantes leccionem[5] euangelicam ac nontii[6] dicentes : « Filius natus est tibi. » Unde factum est, ut omnes[7] populus in utraque adnunciacione[8] pariter
Fol 223. proclamaret : « Gloria Deo omnipotenti. » Sed et baptismum in die sanctum Pentecosten accepit, et rex nihilominus[9] in diem sanctum dominicę nativitatis est elevatus. Unde, si oracio vestra prosequitur, poterit hic, Domino annuente, regnare. » Hęc regi dicente, omnes oracionem fuderunt ad Dominum, ut utrumquę regem eius misericordia conservaret. Adiecitquę rex : « Virum, quia mater eius Brunechildis me minatur interemere, sed nihil mihi ex hoc formidinis est. Dominus enim, qui me eripuit de manibus inimicorum meorum, et de huius insidiis liberavit me. »

V. Multa tunc et in Theodorum episcopum adversa locutus est, protestans, quod si ad sinodum veniret, iterum exilio traderetur, dicens : « Scio enim, quod horum causa germanum meum Chilpericum interfeci fecit. Denique nec nos pro viris habere debemur, si eius necem ulciscere non valemus hoc anno. » Cui ego respondi : « Et quis Chilpericum interemit, nisi malitia sua tuaquę oracio? Multas enim tibi contra insticiam tetendit insidias, quę ei mortis exicium intulerunt. Quod ut dicam, valde hoc per visionem somni

1. Corr. posset. 2. Corr. strenuus. 3. Corr. fortasses. — 4. Corr. euvangeliorum. 5 Corr. pronuntiantes lectionem. — 6. Corr. nuntii. — 7. Corr. omnis. 8 Corr. adnuntiatione. 9. Corr. nihilhominus.

inspexi, || cum viderem eum ante tonsorato capite quasi Fol. 223 v°. episcopum ordinare; deinde super cathedram puram, sola fuligine tectam, inpositum ferri, pręlucentibus coram eo lyghnis ac ceries. » Me hęc narrante, rex ait : « Vidi et ego || alia visionem, quę huius interitum nonciavit[1]. Adducebatur Col. 380. enim in conspecto[2] meo a tribus episcopis vinctus catenis, quorum unus Tetrecus, alius Agiroecula, tercius vero Nicecius Lugduninsis erat. E(t) quibus dicebant duo : « Solvite, quęsummus, eum et castigatum abire permittite. » Quibus e contrario cum amaritudine Tetrecus episcopus respondebat : « Non fiet ita, sed igni concremabitur pro sceleribus suis. » Et cum diu multumquę quasi altercantes hec inter se verba proferrent, conspicio eminus ęnęum super ignem positum fervere vehementer. Tunc me flenti, adpręhensum infilicem Chilpiricum, confractis membris, proiciunt in ęnium. Ne mora, inter undarum vapores ita dissolutus ae liquifacta est, ut nullum ex eo pęnitus indicium remaneret. » Hęc rege dicente, admirantibus || nobis, epulo expleto, surrexemus[3]. Fol. 224.

VI. Rex igitur in crastinum in venacione[4] progressus est. Quo rediunte[5], Garacharius comis Burdigalensis adque Bladastis a nobis repręsentate sunt, quia, ut superius diximus, in basilica sancti Martini confugium fecerant, pro eo quod Gundoaldo coniuncti fuissent. Nam cum prius pro his depręcatus, nihil obtenire potuissim[6], hęc in sequente locutus sum : « Audiat, o rex, potestas tua. Ecce a domino meo in legacione[7] ad te directus sum ! Vel qui[d] renunciabo ei qui me misit, cum nihil mihi responsi reddere vellis? » At illi obstupefactas ait[8] : « Et quis est dominus tuus, qui te misit? » Cui ego suuridens[9] : « Beatus Martinus, inquio, misit me. » [Tunc ille iussit sibi repraesentari viros]. Sed cum in eius conspectu venissent, multas eis perfidias ac periurias exprobravit, vocans eos sepius vulpis ingeniosas, sed restitui eos gracię suę, reddens quę illis ablata fuerant.

1. *Corr.* nunciavit. — 2. *Corr.* conspectu. — 3. *Corr.* surreximus. — 4. *Corr.* venatione. — 5. *Corr.* redeunte. — 6. *Corr.* potuissem. — 7. *Corr.* legatione. — 8. *Corr.* obstupefacta sic ait. — *Corr.* subridens.

VII. Adveniente quoque die dominico, rex ęclesiam ad expectandam missarum solemnia petit[1]. Fratres vero consa- Fol. 224 v°. cerdotes, qui aderant, locum || Palladio episcopo ad agenda Col. 381. festa prębuerunt. Quo incipiente pro||phetia, rex interrogat, quis esset. Cumquę Palladium episcopum iniciasse pronon-ciassent, statim commotus rex ait : « Qui mihi semper infidelis et perfidus fuit, illi nunc sacrata verba prędicabit? Egrediar prursus[2] ab hęc ęclesia, ne inimicum meum audiam prędicantem. » Et hec dicens, egredi coepit ęclesiam. Tunc conturbati sacerdotes de fratres humilitate, dixerunt regi : « Vidimus enim eum convivio tuo adesse ac de eius manu te benediccionem accepere[3]; et cur eum nunc rex aspernatur? Si enim scissimus[4] tibi exosum, declinassimus[5] utique ad alium, qui [ha]ec agere debuissit[6]. Nunc, si permittis, cęlebret, quia coepit ; in posterum autem, si aliquid opposueris, cannonicę sanccionis[7] censura finiatur. » Iam enim Palladius episcopus in sacrario cum grande humilitate discesserat. Tunc rex iussit eum revocare, et sic que agere coeperat expedivit. Nam cum iterato ad convivium regis Palladius atque Berthchramnus acciti fuissint, commoti in invicem, Fol. 225. multa sibi de adulteriis ac furnicacione[8] ex||probraverunt, nonnulla etiam de periuriis. Quibus de rebus multi ridebant, nonnulli vero, qui alacriores erant sciencię, lamentabant, cur inter sacerdotes Domini taliter zezania[9] diabulo polluaret[10]. Discedentes itaque a regis pręsencia, cauciones et fideiiussores dederunt, ut decimo kalendas mensis noni ad sinodum convenirent.

VIII. Tunc apparuerunt signa, id est radii a parte aquilonis, sicut sepius apparrere solent. Fulgor per cęlum cucurressi[11] visus est, floresque in arboribus ostensi[12] sunt. Erat enim mensis quintus.

1. *Corr.* petiit. — 2. *Corr.* prorsus. — 3. *Corr.* benedictionem accipere. — 4. *Corr.* scissemus. — 5. *Corr.* exossum, declinassemus. — 6. *Corr.* debuisset. — 7. *Corr.* canonicę sancciones. — 8. *Corr.* fornicacione. — 9. *Corr.* zizania. — 10. *Corr.* pollularet. — 11. *Corr.* cucurrisse. — 12. *Corr.* ostense.

VIIII. Post hęc rex Parisius venit et coram omnibus loqui coepit, dicens : « Germanus meus Chilpericus moriens dicitur filium reliquisse, cuius nutritores, matre depręcante, petierunt, ut eum de sancto lavacro in dominici natalis solemnitate deberem excipere, et non venerunt. Rogaverunt deinceps, ut ad sanctam pascha baptizaretur, sed nec tunc adlatus est infans. Depręcati sunt autem tercio, ut ad fe||sti- Col 382.
vitatem sancti Iohannis exiberetur, set nec tunc venit. Moverunt itaque me per tempus stereli de loco ubi abitabam. || Veni igitur, et ecce absconditur nec ostenditur mihi puer. Fol. 225 v°.
Unde, quantum intellego, nihil est quod promittitur, sed, ut credo, alicuius ex leudibus nostris sit filius. Nam se de stirpe nostra fuisset, ad me utique fuerat deportatus. Ide[o]que[1] noveris, quia a me non suscipitur, nisi certa de eo cognuscam[2] indicia. » Hęc audiens Fredegundis regina, coniunctis prioribus regni sui, id est cum tribus episcopis et tricentis viris opti[mi]s[3], sacramenta dederunt, hunc a Chilperico regi[4] generatum fuisse ; et sic suspeccio ab animis regis ablata est.

X. Denique cum interitum Merovechi adque Chlodovechi sępius lamentaret nesciretque, ubi eos postquam interfecerant proiecissent, venit ad regem homo, qui diceret : « Si mihi contrarium in posterum non habetur, indicabo, in quo loco Chlodovechi cadaver sit positum. » Iuravit rex, nihil ei molestum fieri sed potius muneribus ampliare. Tunc illi : « Veritatem, inquid, me loqui, o rex, ipsa racio quę acta est conprobabit. Nam quando Chlodovechus || inter- Fol. 226
fectus est ac sub stillicidio[5] oraturii cuiusdam sepultus, metuens regina, ne aliquando inventus cum honore sepeliretur, iussit eum in alveum Matronę fluminis proici. Tunc intra lapsum, quod opere meo ad capiendorum piscium necessitatem pręparaveram, repperi. Sed cum ignorarem, quisnam esset, a cęsarię prolixa cognovi Chlodovechum esse,

1. *Corr.* Ideoque. — 2. *Corr.* cognoscam. — 3. *Corr.* optimis. — 4. *Corr.* rege. — 5. *Corr.* stillicideo.

adpręhensumque in humeris ad litus detuli ibique eum cespite superpositum tumolavi. Ecce, salvatis artibus, quod volueris effice. » Quod cum rex conperisset, confingens se ad venacionem procedere, detactoque tumolo, repperit corpuscolum integrum et inlęsum. Una tantum pars capillorum, quę subters fuerat, iam defluxerat, alia vero cum ipsis crinium flagellis intacta durabat. Cognitumque est hunc esse quem rex Col. 383. intento animo requerebat. Convocato || igitur episcopo civitatis, cum clero et populo ac ceriorum innumerabilium ornato ad basilicam sancti Vincenti detulit tumolando, non Fol. 226 v°. minus plangens nepotes mortuos, quam || cum vidit filius proprius iam sepultus. Post hęc misit Pappolum Carnotenę urbis episcopum, qui Merovechi cadaver requirens, iuxta Chlodovechi tumulum sepelivit.

XI. Ostiarius vero quidam de alio ostiario dixit : « Domine rex, hic, accepto pręmio, consinsit, ut tu interficiaris. » Adpręhensusque ostiarius, de quo dixerat, cęsus suppliciisque multis adfectus, nihil de causa, qua interrogabatur, apperuit. Loquebantur enim tunc multi hoc in insidiis et invidia factum, quod ostiarius ille, cui hoc crimen inpactum fuerat, plurimum a regi diligeritur. Ansoaldus autem, nescio qua suspicione tactus, nec validicens, a regi discessit. Rex vero Cavilonnum regressus, iussit Boantum, qui sibi semper fuerat infidelis, gladio percuti. Qui vallatus in domo sua, ab hominibus regis peremptus interiit; resque suę fisci diccionibus subiugate[1] sunt.

XII. Denique cum rex maxima intencione Theodorum episcopum iterum persequi conaretur, et Massilia iam in Childeberthi regis dominacione revocata fuisset ad discu-Fol. 227. ciendas causas || Ratharius illuc quasi dux a parte regis Childeberthi diregitur. Sed postposita accione, que ei a regi iniuncta fuerant, episcopum vallat, fideiussores requirit et ad pręsenciam regis Gunthchramni direxit, ut scilicet ad

1. *Corr.* subiugatę.

sinodum, quod Matiscone futurum erat, quasi ab episcopis damnandus adesset. Nec defuit ulcio divina, qua servos suos ab ore canum rabidorum defensare consuevit. Nam egrediente episcopo a civitate, statim res ęclesię deripit et ali[a] quidem sibi vindicat, alia sub sigellorum municionem concludit. Cum hoc fecisset, protenus famulus eius sevissemus invadit morbus, exhaustusque febre peremit; filius eius ab hoc incommo[do][1] deficit, quem suburbano Masillia ipsius ||
cum gravi gemitu sepelivit. Fuitque talis domui eius plaga, Col. 384.
ut cum ab urbe illa est degressus, vix ad patriam suam regredi putaretur. Theodoros viro episcopus a Gunthchramno regi detentus est, sed nihil ei rex nocuit. Est enim vir egregię sanctitatis et in oracione assiduos[2], de quo mihi Magnericus Treverensis episcopus hęc retullit : « Ante hos annos cum pręsentiam Childeberthi regis ita sub ardua costodia duceretur, ut, quandoque ad urbem aliquam venisset, neque episcopum neque quemquam de civibus videre permittitur, adveniens Treverus, nonciatum[3] est episcopo, ||
hunc iam in navi possitus clam abduci. Surrexitque sacer- Fol. 227 v°.
dus tristis, ac velociter prosecutus, reperit eum ad litus; causatusque cum costodibus, cur tanta essit impietas, ut non liceret fratri fratre aspicere; visoque tandem, osculatur eum, indulgens aliquid vestimenti, discessit. Veniens itaque ad basilicam sancti Maximini, prosternitur sepulchro, illud apostoli Iacobi retinens[4] : *Arate pro invicem, ut salvimini.* Fusaque diu oracione cum lacrimis, ut fratre dignaretur Dominus adiuvare, egressus est foris. Et ecce mulier, quam spiritus errores agetabat[5], clamare sacerdoti cepit ac dicere : « O sceleste et inveterate dierum, qui pro inimico nostro Theodoro oracionem fundis ad Dominum. Ecce nos cotidie queremus, qualiter ab his Galliis extrudatur, qui nos cotidianis incendiis conflat; et tu pro eo rogare non desinis! Sacius enim tibi erat, res ęclesię tuę diligenter inquireri[6], ne pauperibus aliquid deperiret, quam pro hoc tam intente

---

1. *Corr.* incommodo. — 2. *Corr.* assiduus. — 3. *Corr.* Treveros, nunciatum. — 4. Iac., 5, 16. — 5. *Corr.* agitabat. — 6. *Corr.* inquirere.

deposcere. » Et agebat : « Ve nobis, qui eum non possumus expugnare. » Et licet insomnius credi non debeat, tamen qualis esset sacerdus, de quo hec insomnio condolens declamabat, apparuit. Sed accepta repetamus.

Fol. 228. XIII. Igitur legatus[1] ad nepotem suum Childebertum rex diregit, qui morabatur tunc ad castrum Confluentis[2], qui ob Col. 385. hoc nomen accepit, pro eo quod Musella Renusque amnes pariter confluentes in eodem loco iungantur. Et quia placitum fuerat, ut Trecas Campanię urbem de utrumque regnum coniungerent, sacerdotibus qui de regno Childeberti congruum non fuit. Felix legatus[3], salutacione pręmissa, ostensis litteris, ait : « Patruos tuos[4], o rex, diligenter interrogat, quis te ab hoc promissione retraxit, ut sacerdotes regni vestri ad concilium, quod simul decriveratis, venire differrent[5]. An forsitan mali homines aliquam inter vos discordię radicem faciunt pullulare[6] ? » Tunc ego, rege tacente, respondi : « Nil mirum, si zizania seratur in populus[7], nam inter hos quo radicem obligit[8] protenus non potest repperire. Nulli enim latet, quod Childebertus rex alium patrem nisi patruum non habet, neque illi alium filium, nisi hunc habere disponit, iuxta id quod eum anno pręsenti audivimus loqui. Absit ergo, ut inter eos radix discordię germinit[9], cum se pariter et tuere dibeant et amare. » Tunc vocato secretus Felice lægato, Childebertus rex rogavit, dicens : ‖ Fol. 228 v°. « Depręcor dominum et patrem meum, ut Theodoro episcopo nihil iniurię inferat ; quod ficecerit, confestim inter nos scandalum germinavit, erimusque, discordia inpediente, disiuncti, qui debemus amorem tuendo esse pacifici. » Acceptoque et de aliis causis responso, legatus discessit.

XIIII. Nobis itaque in antedicto castro cum regem cummorantibus[10], dum ad convivium principis usque obscura nocte retineremur, epulo expleto, surreximus, venientesque ad

1. *Corr.* legatos. — 2. *Corr.* Confluentes. — 3. *Corr.* legatos. — 4. *Corr.* patruus tuus. — 5. *Corr.* defferrent. — 6. *Corr.* pollulare. — 7. *Corr.* populus. — 8. *Corr.* obliget. — 9. *Corr.* germinet. — 10. *Corr.* commorantibus.

fluvium, offendimus navem in litus, que nobis fuerat prępa- rata. Ascendentibusque nobis, inruit turba hominum diversorum, impletaque est navis tam hominibus quam aquis. Sed virtus Domini adfuit non sine grande miraculo, ut, cum usquę labium impleta fuisset, merge non possit. Habibamus[1] enim nobiscum beati Martini reliquias cum || aliorum Col. 386. sanctorum, quorum virtutem nostre dimus[2] fuisse salvatos. Ad vero nave ad litus unde egresse[3] fuemus redeunte, evacuata vel ab hominibus vel a lymphis, repulsis extraneis, sine inpedimento || transivimus. Fol. 229. In crastino autem vale rege dicentes, abscessimus.

XV. Profecti igitur in itenere, ad Eposium castrum accessimus, ibique a Vulfolaico diacono nancti, ad monasteri eius deducti, benignissime suscepti summus. Est enim hoc monasterium quasi milibus octo ab antedicto castro in montes[4] cacumine collocatum. In quo monte magnam basilicam ędificavit, quam beati Martini vel reliquorum sanctorum reliquias inlustravit. Commorantes autem ibi, petere ab eo coepimus, ut nobis aliqua de conversionis suę bono narraret, vel qualiter ad clericatus officium advenissit[5], quia erat genere Langobardus. Sed nequibat exponere, vanam tota intencione cupiens gloriam evitare. Quem ego terrebilibus sacramentis coniurans, pollicitus primo, ut nulli quę referebat expanderem, rogare coepit, ut nihil mihi de his que interrogabam occoleret. Cumque diutissime reluctasset, victus tandem tam pręcibus quam obsecracionibus meis, hęc effactus est : « Dum essem, inquid, puer parvolus, audito beati Martini nomine, nesciens adhuc, utrum martyr an confessur esset, || vel quid boni in mundo gessisset, vel que Fol. 229 v°. regio beatus artus tumolo meruisset accepere, iam in eius honore vigilias celebrabam, ac, si aliquid inter manus numismatis advenisset, ęlimosinas faciæbam. Iamque in maiorę ętate proficiens, litteras discere studii ; ex quibus prius scri-

1. *Corr.* habebamus. — 2. *Corr.* demus. — 3. *Corr.* egressi. — 4. *Corr.* montis. — 5. *Corr.* advenisset.

bere potui, quam ordinem scripturarum litterarum scirem.
Deinde Aridio abbati coniunctus ab eoque ductus, beati
Martini basilicam adii. Revertensque cum eo, ille parumper
pulveris beati sepulchri pro benediccione sustullit. Quod in
Col. 387. capsulam positum ad collum || meum dependit. Devectique ad
monasterium eius Limovicino in termino, accepta capsula,
ut eam in oraturio suo locaret, in tantum pulvis adcrevit,
ut non solum totam capsam repleret, virum[1] etiam foris inter
iunturas, ubi aditum repperire potuit, scatiret. Ex hoc mihi
miraculi lumine animus magis accendit totam spem meam
in eius virtute defigeret. Deinde territurium Treverice urbis
expetii, et in quo nunc estis monte, habitaculum quod
Fol. 230. cernitis proprio labore construxi. Repperi tamen || hic
Dianę simulacrum, quod populus hic incredulus quasi deum
adorabat. Colomnam etiam statui, in qua cum grandi cru-
ciatu sine ullo pedum perstabam tegmine. Itaque cum hiems
tempus solite advenisset, ita rigore glacili urebat, ut ungues
pedum [m]eorum sępius vis rigoris excuteret, et in barbis
meis aqua gelo[2] conexa candelarum more dependeret.
Magnam enim hiemem regio illa persępe dicitur sustenire. »
Sed cum nos solicite[3] interrogaremus, quę ei cybus aut
potus esset, vel qualiter simulacra montis illius subvertisset,
ait : « Potus cybusque meus erat parumper panis et oleris
ac modicum aquę. Verum ubi ad me multitudo vicinarum
villarum confluere coepit, prędicabam iugiter, nihil esse
Dianam, nihil simulacra nihilque quę eis videbatur exercere
cultura ; indignę iam esse ipsa, quę inter pocula luxuriasque
profluas cantica proferebant ; sed potius Deo omnipotenti,
qui celum fecit ac terram, dignum sit sacrificium laudis
inpendere. Orabam etiam sepius, ut simulacrum Dominus
dirutum dignaretur populum illum ab hoc errore discutere.
Fol. 230 v°. Flexit Domini misericordia mentem rusticam, || ut inclinaret
aurem suam in verba oris mei, ut scilicet, relictis idolis,
Dominum sequeretur. Tunc convocatis quibusdam ex eis,
simulacrum hoc inmensum, quod elidere propria virtute non

1. *Corr.* verum. — 2. *Corr.* gelu. — 3. *Corr.* sollicite.

poteram, cum eorum adiutorio possim eruere, iam enim reliqua sigillorum, quę faciliora fuerant, ipse confringeram. Convenientibus autem multi ad hanc Dia||nę statuam, missis Col. 388. funibus, trahere coeperunt; sed nihil labor eorum proficere poterat. Tunc ego ad basilicam propero, prostratusquę solo, divinam misericordiam cum lacrimis flagitabam, ut, quia id humana industria evertere non vallebat, virtus illut divina distrueret. Egressusquę post oracionem, ad operarius veni, adprehensumque funem, ut primo ictu trahere coepimus, protenus simulacrum ruit in terra, confractumque cum malleis ferreis in pulverem redige[1]. Ipsa quoque hora, cum ad cibum capiendum venissem, ita omne corpus meum a verticę usque ad plantam || pusculis malis repletum est, ut locus, Fol. 231. quem unus digitus tegerit, vacuus invenire non possit. Ingressusque basilicam solus, denudavi me coram sancto altario. Habebam enim ibi ampullam cum oleo plenam, quam de sancti Martini basilicam detuleram; ex qua propriis manibus omnes artus peruncxi, moxquę sopore locatus sum. Expergefactus vero circa medium noctis, cum ad cursum reddendum surgerem, ita corpus totum inlocome[2] repperi, ac si nullum super me ulcus aparuisset. Que vulnera non aliter nisi per invidiam inimici emissa cognovi. Et quia semper ipse invidus Deum quęrentibus nocere conatur, advenientibus episcopis, qui me magis ad hoc cohortare debuerant, ut ceptum opus sagaciter explicare deberem, dixerunt mihi : « Non est que est[3] via, quam sequęres, nec tu ignobilis Symeoni Anthiochino, qui colomnę insedit, poteris conparare. Sed nec cruciatum hoc te sustenire patitur loci posicio. Discendi pocius et cum fratribus, quos adgregasti tecum, inhabita. » Ad quorum verba, quia sacerdotes non obaudire adscribitur crimini, discendebam, fateor, et ambulabam cum eisde[m] ac cybum pariter capiebam. Quadam vero die, provocans me episcopus longius ad villam, || misit operarius[4] cum scutis Fol. 231 v°. et malleis ac securibus, et elisęrunt colomnam, in qua stare solitus eram. In crastinum autem veniens, in||veni omnia dis- Col. 389.

1. *Corr.* redigi. — 2. *Sic, pro* incolome. — 3. *Sic, pro* Non est aequa haec via. — 4. *Corr.* operarios.

sipata. Flevi vehementer, sed erigere nequivi quę distruxerant, ne dicerer contrarius iussionibus sacerdotum; et ex hoc, sicut nunc habito, cum fratribus habitare contentus sum. »

XVI. Cui cum de virtutibus beati Martini, quas in eo loco operatus est, aliquam ut declararet exposcirem[1] hęc retulit: « Franci cuiusdam et nubilissimi in gente sua viri filius mutus surdusque erat; adductusque a parentibus ad hanc basilicam, iussi eum cum diacono meo et alio ministro in ipsum templum sanctum in lectulo requiescere. Et per diem quidem oracioni vacabat, nocte autem in ipsa, ut diximus, ęde dormiebat. Quandoquę misertus Deus, apparuit mihi in visione beatus Martinus dicens : « Eiecæ agnum de basilica, quia iam sanus est[2]. » Mane autem facto, cogitant[i] mihi, quod esset hoc somnium, venit ad me puer, et emittens vocem, gracias agere Deo coepit, conversusque ad me, ait : « Gracias ago Deo omnipotente, qui mihi et eloquium reddedit et auditum. » Ex hoc sanus reditus[3], ad domum rediit. Alius vero, qui plerumque in furtis diversisque sceleribus Fol. 232. commixtus, periurare consueverat, || cum aliquando a quibusdam pro furto argueritur, ait : « Ibo ad basilicam beati Martini, et sacramentis me exsuens, innocens reddam. » Quo ingrediente, elapsa secure de manu ejus, ad usteum ruit, gravi cordis dolore perculsus. Con[fes]susque[4] est miser verbis propriis quc venerat excussare[5] periuriis. Alius simili modo cum de incendiis domus vicini sui argueritur, ait : « Vadam ad templum sancti Martini, et fide data, insons rediturus ero ab hoc crimine. » Manifestum erat enim, hunc domum illam incendio concremasse. Abiens autem ad sacramenta danda, conversus ad eum, dixi ei : « Quantum vicinorum tuorum dictat assercio, non eris innocens ab hoc scelere; sed tamen Deus ubique est, et virtus eius ipse est forinsecus, que habetur intrinsecus. Tamen si ita te vana

1. *Corr.* exposcerem. — 2. *Corr.* factus est. — 3. *Corr.* redditus. — 4. *Corr.* confessusque. — 5. *Corr.* excusare.

fiducia coepit, quod Deus vel sancti in periuribus non ulciscantur, ecce templum sanctum e contra, iura, ut libet. || Nam Col. 390. calcare limen sacrum non permitteris. » Ad ille, elevatis manibus ait : « Per omnipotentem Deum et virtutem beati Martini antestitis eius, quia hoc incendium non admisi. » Data itaquę sacramenta, dum recederet, visum est ei quasi ab igne circumdare. || Et statim ruens in terra, clamare Fol. 232 v°. coepit, se a beato antestite vehementer exuri. Aiebat enim miser : « Testor Deum, quia ego vidi ignem de cęlo cadere, qui me circumdans validis vaporibus conflet. » Et dum hęc diceret, spiritum exalavit. Multis hęc causa documentum fuit, ne in hoc loco audirent[1] ulterius periurare. » Plurimam quidem de his virtutibus hic diaconus retulit, que sequi longum potavi.

XVII. Dum autem in loco illo commoraremur, vidimus per duas noctes signa in cęlo, id est radius a parte aquilonis tam clare splendidus, ut prius sic aparuisse non fuerænt visi; et ab utraque quidem parte, id est ab euro et zephero, nobis sanguine. Tercia vero nocte quasi ora seconda[2] aparuerunt hii radii. Et ecce, dum eos mirarentur attonitis[3], surrexerunt a quatuor plagis mundi alii horum similis; vidimusqui totum cęlum ab his operire. Et erat nubes in medio cęli splendida, ad quam se hi radii collegebant in modum tenturii, quod ab imo ex amplioribus inceptum fasceis angustates in altum, in uno cuculli capite sepe collegitur. Erantque in medio radiorum et alię nubes || ceu coruscum valide fulgo- Fol. 233. rantes. Quod signum magnum nobis ingessit metum. Operiebamur enim super nos[4] aliquam plagam de cęlo trasmitti.

XVIII. Childebertus vero rex, inpellentibus missis imperialibus, qui aurum, quod anno superiore datum fuerat, requirebat, exercitum in Italia diregit. Sonus enim erat sororem suam Ingundem iam Constantinopoli fuisset translata. Sed cum duces inter se altercarentur, regressi sunt

---

1. *Corr.* auderent. — 2. *Corr.* secunde. — 3. *Sic, pro* miraremur attoniti. — 4. *Corr.* supn.

sine ullius lucri conquesicione. Nam Wintrio dux a paginsibus suis depulsus, ducatum caruit; finissitque vitam, nisi fuga ausilium[1] prębuisset. Set postea, pecato[2] populo, duca- Col. 391. tum recepit. Ita||que Nicecius[3] per emissionem Eulalii a comitatu Arverno submotus, ducatum a rege expetiit, datis pro eo inmensis muneribus. Et sic in urbe Arverna, Rutena atque Ucetica dux ordinatus est, vir valde ętate iuvenis, sed acutus in sensu, fecitque pacem in regionem Arverna vel in reliqua ordinacionis suę loca. Childericus vero Saxso in offensam regis Guntchramni incendens[4], pro causa, qua superius diximus alius confugisse, beati Martini basilicam Fol. 233 v°. expetiit, || uxorem in regno regis antedicti relinquens. Cui obtestaverant[5] rex, ne virum videre presumeret, nisi prius ille regali gracię reconciliaretur; ad quem cum pro eo sepius legacionem missisimus, tandem obtenuemus, ut uxorem reciperet et citra Legerem fluvium commoraretur, non tamen ad regem Childebertum transire presumere. Sed ille, accepta libertate recipiendę uxoris, clam ad eum transiit, adeptaque ordinacione ducatus in civitatebus[6] ultra Garonnam, que[7] in potestatem supradicti regis habebantur, accessit. Guntchramnus vero rex volens regnum nepotis sui Chlotchari, fili scilicet Chilperici, regere, Theodulfum Andegavis comitem esse decrevit. Introductusque in urbe, a civibus et presertim a Domighisilo cum humilitate repulsus est. Recurrensque ad regem, iterum pręceptum accipiens, a Sifulgo duci intromissus, comitatum urbis illius rexit. Gundovaldus autem comitatum Meldensim supero Verpinum conpetiit, ingressusque urbem, causarum accionem agere coepit. Exinde dum pagum urbis in hoc officio circuirit[8], in quadam villa a Verpino interfecitur. Cuius parentes congregati super hunc inruerunt, inclusumque in pensilem domus intere- Fol. 234. munt. || Sicque uterque a comitatu morte inminente discessit.

Col. 392. XVIIII. Cum autem sepius Dagul||fus abba pro sceleribus

1. *Corr.* auxilium. — 2. *Corr.* pacato. — 3. *Corr.* Necicius. — 4. *Corr.* incedens. — 5. *Corr.* obtestaverat. — 6. *Corr.* civitatibus. — 7. *Corr.* quę. — 8. *Corr.* circuiret.

suis argueritur[1], quia furta et homicidia plerumque faciebat, sed et in adulteriis nimium dissolutum[2] erat, quodam tempore uxorem vicini sui concupiscens[3], miscebatur cum ea. Requirens occasiones diversas, qualiter virum adulterę, qui in terra huius monasterii conmanebat, deberet oppremere[4], ad extremum contestatus est ei, dicens quod, si ad uxorem suam accederet, puniretur. Illo quoquę discedente ab hospiciolo suo, hic nocte cum uno clerico veniens, domum meretricis ingreditur. Postquam autem diutissime bibentes inebriati sunt, in uno strato locantur. Quibus dormientibus, adveniens vir illi, accenso stramine[5], elevata bispinne[6] utrumque peremit. Ideoque documentum sit hec causa clericis, ne contra canonum statuta extraniarum mulierum consorcium pociantur, cum hec et ipsa lex canonica et omnes scripturę sanctę proibeant, pręter his fęmenis, de quibus crimen non potest aestimari.

XX. Interim dies placiti advenit, et episcopi ex iusso[7] regis Guntchramni apud Matiscensim[8] urbem collecti sunt. Faustianus autem, qui ex iusso Gundovaldi Aquinsi urbi episcopus ordinatus fuerat, ea condicione removitur, || ut Fol. 234 v°. eum Bertchramnus Orestesque sive Palladius, qui eum benedixerant, vicibus pascerent centinusque ei aureus annis singulis ministrarent. Nicecius tamen ex laico, qui prius ab Chilperico regi[9] pręceptum elicuerat, in ipsa urbe episcopatum adeptus est. Ursicinus Cadurcinsis episcopus excommunicatur, pro eo quod Gundovaldum excipisse[10] publici est confessus; accepto huiusmodi placito, ut pęnitenciam tribus annis agens neque capillum neque barbam tonderit, vino et carnibus absteniret[11], missas celebrare, clericus urdinare[12], ęclesiasque et crisma benedicere, eblugias[13] dare pęnitus non audiret[14]; uti||litas tamen ęclesię per ejus ordi- Col. 393.

1. *Corr.* argueretur. — 2. *Corr.* dissolutus. — 3. *Corr.* concupescens. — 4. *Corr.* opprimere. — 5. *Corr.* ille accensus stramine. — 6. *Corr.* bipinne. — 7. *Corr.* iussu. — 8. *Corr.* Matiscensem. — 9. *Corr.* rege. — 10. *Corr.* excepisse publice. — 11. *Corr.* abstineret. — 12. *Corr.* ordinare. — 13. *Corr.* eblogias. — 14. *Corr.* auderet.

nationem, sicut sollita erat, omnino exquiritur. Extetit[1] enim in hac sinodo quidam ex episcopis, qui dicebat mulierem hominem non posse vocitare. Sed tamen ab episcopis racionem accepta quievit, eo quod sacer Veteris Testamenti liber edoceat, quod in principio, Deus hominem creante, ait : *Masculum et femina creavit eos, vocavitque nomen eorum Adam*[2], quod est homo terrenus; secutique[3] vocans mulierem Euva; utrumque enim hominem dixit. Sed et dominus Iesus Christus ob hoc vocitatur filius hominis, Fol. 235. quod sit filius virginis, id est || mulieris. Ad quam, cum aquas in vina transferre pararet, ait : *Quid mihi et tibi est mulier?* et reliqua[4]. Multisque et aliis testimoniis hec causa convicta quievit. Pretextatus vero Rotomagensis episcopus oracionis, quas in exsilio positus scalpsit, coram episcopis recitavit. Que quibusdam quidem placuerunt; a quibusdam vero, quia artem secutus minime fuerat, repręhindebantur[5]. Stilus tamen per loca ęcclesiasticus et racionabilis erat. Caedis enim magna tunc inter famulus Prisci episcopi et Leudoghisili ducis fuit. Priscus tamen episcopus ad coemandam pacem multum pęcunię obtullit. His etenim diebus Guntchramnus rex graviter ęgrotavit, ita ut potaretur[6] a quibusdam non posse prorsus evadere. Quod, credo, providencia Dei fuisset[7]. Cogitabat enim multus[8] episcoporum[9] exsilio detrudere. Theodorus itaque episcopus ad urbem suam regressus, favente omni populo, cum laude susceptus est.

XXI. Itaque cum hoc sinodum ageretur, Childebertus rex aput[10] Belsonancum villa que[11] in medio Ardoennensis silvę sita est, cum suis coniungitur. Ibique Brunechildis regina Col. 394. pro Ingunde filia, que adhuc in Africa te||nebatur, || omnibus Fol. 235 v°. prio[ri]bus questa est, sed parum consolacionis emeruit. Tunc contra Bosonem Guntchramnus causa exoritur. Ante paucus[12] autem dies mortua propinqua uxoris eius sine filiis,

1. *Corr.* extitit. — 2. *Corr.* Genes., 5, 2. — 3. *Corr.* sic utique. — 4. Ioan., 2, 4. — 5. reprębendebantur. — 6. *Corr.* putaretur. — 7. *Corr.* fecisset. — 8. *Corr.* multos. — 9. *Corr.* episcopos corporum. — 10. *Corr.* apud. — 11. *Corr.* quę. — 12. *Corr.* paucos.

in basilicam urbis Metinsis[1] sepulta est cum grandibus ornamentis et multo auro. Factum est autem, ut post dies paucus[2] adesset festivitas beati Remedii, quę in initio mensis octavi cęlebratur. Discendentibus[3] autem multis e civitate cum episcopo, et pręsertim senioris urbis cum duci, venerunt pueri Bosonis Guntchramni ad basilica, in qua mulier erat sepulta. Et ingressi, conclusis super se osteis[4], detexerunt sepulchrum, tollentes omnia urnamenta corpores[5] defuncti, quę reperire potuerant. Sencientes autem hęc monachi basilica illius venerunt ad ostium; sed ingredi non sunt permissi. Quod videntes, nonciaverunt[6] hęc episcopo suo ac duci. Interia[7] pueri, acceptis ribus[8] ascensisque equitibus, fugire coeperunt. Sed timentes, ne adprehinsi[9] in via, diversis subegerentur pęnas, regressi sunt ad basilicam. Posueruntque quidem res super altarium, sed foris egredi non sunt ausi, clamantes atque dicentes, || quia : Fol. 236. « A Gunthchramno Bosone trans[mis]si[10] sumus. » Sed cum ad placitum in villam quam diximus Childeberthus cum proceribus suis convenisset, et Guntchramnus de his interpellatus nullum responsum dedisset, clam aufugit. Ablateque sunt ei deinceps omnes res, quę in Arverno de fisci munere promeruerat. Set et diversorum res, quas male pervaserat, cum confusionem reliquid.

XXII. Laban Helosinsis[11] episcopus hoc anno obiit; cui Desiderius ex laico successit. Cum iusiurando enim rex pollicitus fuerat, se numquam ex laicis episcopum ordenaturum; sed quid pectora humana || non cogat auri sacra famis[12]! Col. 395. Berthchramnus vero regressus ex sinodo, a febre corripitur; arcessitumque Waldonem diaconem, qui et ipsi in baptissimo Berthchramnus vocitatus est, summam ei sacerdocii depotat[13] omnesque condicionis tam testamenti quam benemeritorum suorum ipsi cummittit. Quod discedente, hic spiritum exalavit. Regressus diaconus, cum muneribus et consensu

1. *Corr.* Mettensis — 2. *Corr.* paucos. — 3. *Corr.* discedentibus. — 4. *Corr.* ostiis. — 5. *Corr.* ornamenta corporis. — 6. *Corr.* nunciaverunt. — 7. *Corr.* interea. — 8. *Corr.* rebus. — 9. *Corr.* adprehensi. — 10. *Corr.* transmissi. — 11. *Corr.* Helosensis. — 12. Aen, III, 56. — 13. *Corr.* deputat.

civium ad regem properat, set nihil obtenuit. Tunc rex, data precepcione, iussit Gundegisilum, Sanctonicum comitem, cognomento Dodonem episcopum ordinare; gestumque Fol. 236 v°. est ita. Ut quia multi clericorum || Sanctonicorum ante synodum consentientes Bertchramno in Paladium sacerdotem suum aliqua adversa conscripserat, quę ei humilitatem ingererent, post eius obitum adprehinsi a sacerdote, graviter caesi adque expoliati sunt. Hoc tempore et Wadelenus[1], nutritur Childeberti regis, obiit, sed in loco eius nullus est subrogatus, eo quod regina mater curam vellit propriam habere de filio. Quęcumque de fisco meruit, fisci iuribus sunt relata. Obiit his diebus Bodygisilus dux plenus dierum, sed nihil de facultate eius filiis minuatum est. In loco Fausti, Auscensis episcopi, Saius presbiter subrogatur. Post obitum sancti Salvii hoc anno Desideratus Albiginsibus episcopus datus est.

XXIII. Magnę hoc anno pluviae fuerunt, amnesque in tantum prevaluerunt, ut plerumque naufragia evenirent. Ipsique litora excedentes, propinquas segetis[2] ac prata operientes, graviter eliserunt, fueruntque vernalis aestivique mesuris[3] tam inrigui, ut hiems magis potaretur esse quam aestas.

XXII [24]. Duae hoc anno insole[4] in mare divinitus incendio concrematę sunt, quę per dies septim cum hominibus Fol. 237. pecoribusqui co[nsu]mptę subvertebantur || Nam qui in mare confugerent[5] et se in profundo pręcipitabant in ipsa qua Col. 396. mergebantur aqua || consumebantur graviorigui supplicio, qui non confestim emittebant spiritum, uribantur. Redactisquę omnibus in favilla, cuncta maris operuit. Ferebant etiam multa signa qua superius nos vidisse octavo mense narravimus, quasi arde[re] cęlum, ex hu[iu]s[6] incendii splendore fuisse.

1. *Corr.* Wandelenus. — 2. *Corr.* segetes. — 3. *Sic, pro* menses. — 4. *Corr.* insule. — 5. *Corr.* confugerent. — 6. *Corr.* huius.

XXIII [25]. In alia vero insolę, quę est proxima civitate Veneticę, erat stagnum validum piscibusqui refertum, quod in usu in te[1] altitudine conversum est in cruore; ita per dies multus[2] congregata canum atqui avium inęstimabilis multitudo, sanguinem hoc lambens, saciata redebat in vesperum.

XXIIII [26]. Toronicis vero atque Pectavis Ennodius dux datus est. Berulius autem qui his civitatibus ante pręfuerat, pro thesauris Sighiberti regis, quos clam abstulerant, cum Arnegysilo socio suspectus habetur. Qui cum hoc ducatum in supradictis urbibus experit[3], a Rauchingo duce facto ingenio, cum satellite allegatur. Nec mora, missi ad domus eorum pueri expilant omnia, multa ibi de proprio, nulla de antedictis thesaures sunt || reperta; que omnia [ad] Childe- Fol. 237 v°. berthum regem delata sunt. Cumque in hoc res ageretur, ut gladius cervicem deciderent, interventu episcopi obtenta vita laxati sunt, nihil tamen de his quę eis ablata fuerant recipientes.

XXVII. Desiderius vero dux cum aliquibus episcopis et Aridio abbate vel Antestio ad regem Gunthchramno properavit. Sed cum eum rex ęgre vellit accipere, victus precibus sacerdotum, in gracia sua recepit. Tunc ibi Eulalius adfuit, quasi pro coniuge, quę eum exprevęrat et ad Desiderium transierat, causaturus; sed in ridiculo et humilitate redactus, siluit. Desiderius vero remuneratus a rege, cum gracia est reversus.

XXVIII. Igitur, ut sępius diximus, Ingundis a viro cum imperatores exercitu derelicta, dum ad ip||sum principem Col. 397. cum filio parvolo duceretur, in Africa defuncta est et sepulta. Leuvichildus vero Herminichildum filium suum, quem ante dicta mulier habuit, morti tradedit. Quibus de causis commotus Gunthchramnus rex, exercitum in Spanis distinat, scilicet ut prius Septimaniam, quę adhuc infra

1. *Sic, pro* in unius ulnae altit. — 2. *Corr.* multos. — 3. *Corr.* expetiret.

Galliarum terminum habitur, eius dominacioni subderint, et sic in antea profeciscerentur. Dum autem hic exercitus moveretur, indeculum [1] cum nescio quibus hominibus rusticis est repertum. Quem et Gunthchramno regi legendum miserunt, hoc modo, quasi Leuvichildus ad Fredegundem scriberit, ut quodcumque ingenio exercitum illuc ire prohiberit [2], dicens : « Inimicus nostrus, id est Childebertum et Fol. 238. matrem eius, velociter interemite || et cum rege Gunthramno pacem inite, quod prẹmiis multis coemite. Et si vobis minus est fortassis pẹcunia, nos clam mittemus, tantum ut quẹ petimus impleamus. Cum autem de inimicis nostris ulti fuerimus, tunc Amelio episcopo ac Leubẹ matronẹ bona tribuite, per quos missis nostris ad vos accedendi aditus reseratur. » Leuba enim est socrus Blaudastus ducis.

XXVIIII [40]. Et licet hẹc ad Gunthramno regem perlata et nepoti suo Childeberto in notitiam data fuissent, tamen Fredegundis duos cultrus ferreus fieri prẹcepit, quos etiam caraxari profundius et venino infici iussit, ut scilicet, si mortalis adsultus vitalis non dissolverit febras, vel ipsa venini infeccio vitam possit velocius extorquere. Quos cultrus duobus clericis cum hec mandata tradedit, dicens : « Accepite hos gladius et quantocius pergite ad Childebertum regem, adsimilantes vos esse mendicus [3]. Cumque pedibus eius fueritis strati, quasi stipem postulantes, latera eius utraque perfodite, ut tandem Brunechildis, quẹ ab illo adroganciam summit, eo cadente conruat, mihique subdatur. Quod si tanta est costodia circa puerum, ut acce- Col. 328. dere nequeatis, vel ipsam interemite inimicam. || Mercis quoque operis vestri hẹc erit, ut, si mortui in hoc opere fueritis, parentibus vestris bonam tribuam, ipsis, que muneribus ditans, primus in regnum meum constituam. Interim vos timorem omnem omittite, nec sit trepidacio mortis in pectore. Noveritis enim, quod cunctus hominis Fol. 238 v°. hẹc causa contenit. || Armate viriletate animus et conside-

1. *Corr.* indiculum. — 2. *Corr.* prohiberet. — 3. *Corr.* mendicos.

rate sepius fortis virus in bello conruere, unde nunc parentes eorum nobilis effecci, op(ed)ibus inmensis cunctis supereminent cunctisque pręcellent. » Cumque hec mulier loqueretur, clerice tremere coeperunt, difficile potantes hec iussa posse conplere. Ad illa dubius cernens, medificatus pocione direxit, quo ire precepit; statimque robor animorum adcrevit, promisseruntque se omnia quę preceperat impleturos. Nihil minus vasculum ab hec pocione repletum ipsus lęvare iubet, dicens : « In die illa, cum hec quę precipio facetis, mane, priusquam opus incipiatur, hinc potum summite. Erit vobis magna constantia ad hec peragenda. » His ita instructis, demisit eos. Quibus pergentibus adque at urbem Sessionas accendentibus[1], a Rauchingo[2] duci capti discussique omnia reserant, et sic in carcere legati[3] sunt. Post dies vero paucus[4] Fredegundis, certa iam, quod fuissent impleta que fuerant imperata, misit puerum inquerere, quid aut rumur populi ferret, aut si aliquem inveniret indicantem, qui dicerit Childebertum iam interemptum fuisse. Egressus igitur puer ab ea, Sessiones urbem venit. Audiens denique hos in carcerem retenire, at ostium adpropinquat; set, cum loqui satellitibus cepisset, et ipsi camptus costodię mancipatur. Tunc omnes simul ad Childebertum regem directi sunt, discussisque veritatem aperiunt, indecantes se || a Fredegunde misus[5] ad eum Fol. 230. interemendum, dicentes : « Iussa regine suscepimus, ut nus egenus simularemus. Cumque pedibus tuis provoluti aliquid stipendii quererimus, ab his te gladiis transfodere voluemus. Quod si adsultu sig||niore gladius defixisset, Col. 399. ipsam venenum, quod ferrum erat infectum, animam velociter penetraret. » Hec his dicentibus, diversis supliciis adfecti, truncatis manibus auribusque et narribus, varii[s] sunt mortibus interempti.

XXX. Igitur Guntchramnus rex cummoveri exercitum in Spanis praecepit, dicens : « Prius Septimaniam proven-

1. *Corr.* accedentibus. — 2. *Corr.* Rauhingo. — 3. *Corr.* ligati. — 4. *Corr.* paucos. — 5. *Corr.* missus.

ciam dicioni nostrae subdite, quae Galliis est propinqua; quia indignum est, ut horrendorum Ghǫtorųm terminus usque in Galliis sit extensus. » Tunc commoto omni exercitu regni sui, illud dirigit. Gentes vero, quae ultra Ararem Rodanumque et Sequanum cummanebant, cum Burgundionibus iuncte, Ararica Rhodinitacaque[1] litora tam de fructibus quam de pecoribus valde depopulati sunt. Multa homicidia, incendia praedasque in regione propria facientes, sed et ęclesias denudantes, clericus ipsus[2] cum sacerdotibus ac reliquo populo ad ipsas sacratas Deo aras interementes, usque ad urbem Nemausus processerunt. Similiter et Byturigi, Sanctonici cum Petrocoricis, Ecolesenensibus vel reliquarum urbium populum, qui tunc ad antedicti regis imperio pertenebant, usque ad Carcasonam urbem devicti, Fol. 239 v°. similia mala gesserunt. || Sed cum ad urbem accessissent, reseratis sponte ab abitatoribus portis, nullo resistente, ingressi, nescio quo cum Carcasonensibus scandalo cummoto, urbem egressi sunt. Tunc Terrenciolus comis quondam urbis Lenuvicinę[3], lapide de muro proiecto percussus, occubuit. Cuius caput truncatum ad vindictam adversariorum urbi delatum est. Ex hoc omnes populus timore preterritus, ad propria regredi destinans, universa reliquid, que vel per viam coeperat vel que secum adduxerat. Sed et Gothi per occultas insidias multas de his spoliatis interemerunt; exim in Tolosanorum manus incędentes, quibus, dum pergerent, multa intullerant mala, spoliati ac cesi vix propria contingere potuerunt. Hic vero, qui Col. 460. Ne||mausum adgressi fuerant, devastantes universa regionis, succensis domibus, incensis segitibus, decisis olivitis viniisque[4] succisis, nihil inclusis nocere potentes, ad alias urbes[5] progressi sunt. Erant enim valde munitę et de cybis ac reliquis necessariis adplene refertę, et horum urbana depopulantes urbisque minus inrumpere valuerunt. Tunc et Nicecius dux cum Arvernis in hec expedicione commotus, cum reliquis urbis adsedit. Sed cum męnus valerit, ad cędrum

1. *Corr.* Rhodiniticaque. — 2. *Corr.* clericos ipsos. — 3. *Sic, pro* Lemuvicine. — 4. *Corr.* olivetis veneisque. — 5. *Cod.* urb.

quoddam [pervenit]; dataque fidis, sponte inclusi reserantes portas, eos credole tamquam pacificus susciperunt. Ille vero ingressi, postposito sacramento, praesidia cuncta diripiunt, animas in captivitate subdentes. Tunc, accepto consilio, unusquisque || ad propria est regressus. Tantaque Fol. 240. per viam scelera, homicidia, prędas, direpcionis per regionem propriam gesserunt, ut ea usquequaque memorare perlongum sit. Verumtamen quia segetis Provincię igni ab hisdem succensas diximus, fame atquae inaedia pereuntes per viam relinquebantur exanimis, nonnulli in fluminibus dimersi, plerique in sedicionibus arempti sunt. Ferebant enim amplius quam quinque milia in his stragibus fuisse peremptus[1]. Sed non eos qui remanserant coercebat aliorum interitus. Tunc Arverne regionis eclesię, quę vię publicę propinqua fuerunt, a ministeriis denudate sunt, nec fuit terminus male faciendi, nisi cum ad propria singuli pervenerunt. Quibus reversis, magna Guntchramno regem amaritudo cordis obsedit. Duces vero supradicti exercitus ad basilicam sancti Symphoriani martyris expetierunt. Veniente itaque rege ad eius solempnitatem, repraesentati sunt sub condicione audiencium in postmodum futurę. Post dies vero quatuor coniunctis episcopis necnon et maioribus natu laicorum, duces discutere coepit, dicens : « Qualiter nos hoc tempore victuriam obtenire possumus, quia ea quae patres nostri secuti sunt non costodimus? || Ille vero ęclesias Col. 401. edificantes, in Deum spem omnem ponentes, martyres honorantes, sacerdotes venerantes, victurias obtenuerunt gentesquę adversas, divino obitulante adiutorio, in ense et parma sępius subdederunt. Nos vero non solum Deum non metuemus, verum etiam sacra eius vastamus, || ministrus Fol. 240 v°. interfecimus, ipsa quoque sanctorum pignera in ridiculo discerpimus ac vastamus. Non enim potest obtenire victoria, ubi talia perpetrantur; ideo manus nostrę sunt invalide, ensis tepiscit, nec clepius nos, ut erat solitus, defendit ac protegit. Ergo si hoc meae culpę adscribitur, iam ea

1. *Corr.* peremptos.

Deus capite meo restituat. Certe si vos regalia iussa contempnetis et ea quae precipio implere differtis, iam debit securis capiti vestro submergi. Erit enim documentum omni exercitu, cum unus de prioribus fuerit interfectus. Verumtamen iam experire debemus, quid agi oporteat. Si quis iusticiam sequi destinat, iam sequatur; si quis contempnit, iam ulcio publica cervice eius inmineat. Satius est enim, ut parvi contumaces pereant, quam ira Dei super omnem regionem dependat innoxiam. » Hec rege dicente, responderunt duces : « Bonitates tuę magnanimetas, rex optime, enarrare facile non[1] potest; qui timor tibi in Deum sit, qui amor in ęclesiis, que reverentia in sacerdotibus, que pietas in pauperibus, quaeve dispensacio in egenis. Set quia omnia, quae gloria vestra profert, recta veraque esse censentur, quid faciemus, quod populus omnes in vicio est delapsus, omnique homine agere quae sunt iniqua delectat? Nullus regem metuit, nullus ducem, nullus comitem reveritur; et
Fol. 241. si fortesis alicui ista displicent, || et ea pro longevitate vitę vestre emendare conatur, statim sedicio in populo, statim
Col. 402. tumultus exoritur. Et in tantum unusquisque contra || seniorem saeva intencione crassatur, ut vix credat evadere, si tardius silire nequiverit. » Ad haec rex ait : « Si quis sequitur iusticiam, vivat; si quis legem mandatumque nostrum respuit, iam pereat, ne nus[2] diucius hoc blasphemeum prosequamur. » Hęc eo dicente, advenit nuncius, dicens : « Richaredus, filius Leuvechildi, de Spanis egressus, Caput Arectis castrum obtenuit et ex pago Tholosano maximam partem depopulatus est hominesque captivos abduxit. Ugernum Arelatense castrum inrupit resque cunctas cum hominibus abstullit et sic se infra murus[3] Nemausensis urbis inclusit. » Hęc audiens rex, Leodoghyselum in loco Calomniosi cognomento Egelanis ducem dirigens, omnem ei provinciam Arelatensem commisit, costodisque per terminus super quatuor virorum milia collocavit. Sed et Nececius Arvernorum dux similiter cum costidibus perrexit et finis regionis ambiit.

1. *Co* no, *corr.* non. — 2. *Corr.* nos. — 3. *Corr.* muros.

XXXI. Dum hęc agerentur, et Fredegundis apud Rothomagensem urbem cummoraretur, verba amaritudinis cum Pretextato pontifice habuit, dicens venturum esse tempus, quando exsilia, in qua detentus fuerat, reverterit. Et illi : « Ego semper et in exilio et extra exilium episcopus fui, sum et ero, nam tu non semper regalem potenciam perfrueres. || Nos ab exisilio[1] proimur, tribuente Deo, in Fol. 241 v°. regnum ; tu vero ab hoc regno demergeres in abysum. Rectius enim erat tibi, ut, relecta stulticia atque malicia, iam te ad meliora converteres et ab hac iactancia, quia semper ferves, abstraheres, ut et tu vitam adipisceres ęternam[2] et parvolum, quem genuisti, perducere ad legitimam [possis] etatem. » Hęc effatus, cum verba illius mulier graviter acceperit, se a conspectu eius felle fervens abstraxit. Advenientem [autem] dominicae resurreccionis diae, cum sa||cerdus ad implenda ęclesiastica officia ad ęclesiam matu- Col. 403. rius properasset, antefanas iuxta consuetudinem incipere per ordinem coepit. Cumque inter [p]sallendum formolę decumberet, crudelis homicida adfuit, qui episcopum super formolam quiescentem, extracto baltei cultro, sub ascella percutit. Ille vero vocem emitens, ut clerici qui aderant adjuvarent, null[i]us ope detantes[3] stantibus est adiutus. Ad ille plenas sanguine manus super altarium extendens, oracionem fundens et Deo gracias agens, in cubiculo suo inter manus fidelium deportatus et in suo lectulo conlocatus est. Statimque Fredegundis cum Beppoleno duce et Ansoaldo adfuit, dicens : « Non oportuerat hęc nobis ac reliquae plebi tuę, o sancte sacerdus, ut ista tuo cultui evenerent. Sed utinam indecaretur, qui talia ausus est perpetrare, ut digna pro hoc scelere subplicia susteniret. » Sciens autem || ea sacerdus[4] hęc dolose proferre, ait : « Et quis hęc fecit, Fol 242. nisi his qui regis interemit, qui sepius sanguinem innocentem effudit, qui diversa in hoc regno mala commisit ? » Respondit mulier : « Sunt apud nus[5] peritissimi medici, qui hunc vulnere medire[6] possint. Permitte, ut accedant a[d]

1. *Corr.* exsilio. — 2. *Corr.* eternam. — 3. *Corr.* ditantes. — 4. *Corr.* sacerdos. — 5. *Corr.* apud nos. — 6. *Corr.* medere.

te. » Et illi : « Iam, inquid, me Deus praecepit de hoc mundum vocare. Nam tu, qui his sceleribus princeps inventa es, eris maledicta in sęculo, et erit Deus ultur[1] sanguinis mei de capite tuo. » Cum que illa discederit, pontifex, ordinata domo sua, spiritum exalavit. Ad quem sepiliendum Romacharius Constancię urbis episcopus advenit. Magnus tunc omnes Rothomaginsis civis, et praesertim seniores loci illius Francus meror obsedit. Ex quibus unus senior ad Fredegundem veniens, ait : « Multa enim mala in hoc seculo perpetrasti, sed adhuc peius non feceras, quam ut sacerdotem Dei iuberes interfecere. Sit Deus ultur san- Col. 404. guinis innocentes velociter. || Nam et omnes nus eremus[2] inquesitores mali huius, ut tibi diucius non liceat tam crudelia exercere. » Cum autem hęc dicens discederet a conspectu reginę, misit illa qui eum ad convivium provocaret. Quo rennuente, rogat, ut, si convivium eius uti non vellit[3], saltim vel poculum aureat, ne ieiunus a regale domo discedat. Quo expectante[4], accepto poculo, bibit absencium cum vino et melle mixtum, ut mos barbarorum habet; sed Fol. 242 v°. hoc [potum] venenum inbutum erat. || Statim autem ut bibat, sensit pectore suo dolorem validum inminere, et quasi se incideretur intrinsecus, exclamavit suis, dicens : « Fugite, o miseri, fugite malum hoc, ne micum[5] pariter pariamini. » Illis quoque non bibentibus abire, hic protinus excecatus, ascensoque aequo, in tercio ab hoc loco stadio cecidit et mortuus est. Post hoc Leoaldus episcopus epistolas per omnes sacerdotes direxit, et accepto consilio, ęclesias Rothomaginsis clausit, ut in his populus solemnia divina non expectaret, donec indignacione cummuni reperiretur huius auctur sceleres. Sed et aliquos adprehindit, quibus supplicio subditos[6] veritatem extorsit, qualiter per consilium Fredegundis hec acta fuerat. Sed et, ea defensante, ulciscere non potuit. Ferebant etiam, ad ipsum percussores venisse, pro eo quod hec inquirere sacaciter distinaret; sed costodia vallatus suorum, nihil ei nocere potue-

1. *Corr.* ultor. — 2. *Corr.* nos erimus. — 3. *Corr.* vellet. — 4. *Cod.* expectan, *corr.* expectante. — 5. *Corr.* inimicum. — 6. *Cod.* subdit *cum abb.*

runt. Itaque cum hec at Guntchramnum regem perlata fuissent, et crimen super mulierem iaceretur, misit tres episcopus ad filium, qui esse dicetur Chilperici, quem superius Chlothacharium scripsimus vocitatum, id est Artimeum Synonicum, Veranum Cavellonensem et Agricium Trecassinum, ut scilicet cum his, qui parvolum nutriebant, perquirerent huius sceleres personam et in conspectu eius exiberent. Quod cum sacerdotes locuti fuissent, responderunt seniores : || « Nobis prorsus hec facta displicent, || et Col. 405. magis ac magis ea cupimus ulciscere. Nam non potest fiere[1], Fol. 243. ut, si quis inter nos culpabilis invenitur, in conspectu regis vestri deducatur, cum nos possumus nostrorum facinora regale sanccione conpremere. » Tunc sacerdotes dixerunt : « Noveritis enim, quia, si persona que hec perpetravit in medio possita non fuerit, rex noster cum exercitu hic veniens, omnem hanc regionem gladio incendioque vastavit, quia manifestum est, hanc interficisse gladio episcopum, qui maleficus Francum iussit interemi. » Et his dictis, discesserunt, nullum racionabilem responsum accipientes, obtestantes omnino, ut numquam in ęclesia illa Melancius, qui prius in loco Pretextato subrogatus fuerat, sacerdotes fungeretur officium.

XXXII. Multa enim mala hoc tempore gesta sunt. Nam Domnola, relicta quondam Burguleni, que fuit filia Victuri Redonensis episcopi, quam Nectarius matrimonio copulaverat, intencione de vineis cum Boboleno, referendario Fredegundis, habebat. Audiens autem ea in his veneis advenisse, misit noncius[2] obtestantes, ne ingredi penitus in hac possessione presumerit. Quod illa dispiciens et res patris sui fuisse proclamans, ingressa est. Tunc ille, commota sedicione, super eam || cum armatis viris inruit. Qu(i)a Fol. 243 v°. interfecta, vineas vindicavit resque deripuit[3] et tam virus quam mulieres qui cum ea erant interfecit gladio, nec remansit ex his, nisi qui fuga lapi[4] potuit.

1. *Corr.* fieri. — 2. *Corr.* nuncios. — 3. *Corr.* diripuit. — 4. *Corr.* labi.

XXXIII. Extetit igitur in his diebus aput[1] urbem Pari- Col. 406. siacam mu||lier, que dicerit[2] incolis : « Fugite, o ! ab urbe et scitote eam incendio concremandam. » Que cum a multis irrideretur, quod hec aut sorcium praesagio dicerit[2] aut qualiqua somniasset aut certe dęmonii meridiani hec instinctu proferret, respondit : « Nequaquam est ita, ut dicitis, nam in veritate loquor, quia vidi per somnium ad basilica sancti Vincenti veniente virum inluminatum, tenente manum caereum et domus necutiantum[3] ex ordine succendentem. » Denique post terciam noctem, quod hec mulier est effacta, inchoante crepuscolo, quidam e civibus, accensu[4] lumine, in prumptuario est ingressus, adsumptoque oleo hac ceteris que necessaria erant, abscessit, lumine secus cupella olei derelicto. Erat enim domus hęc prima secus portam, que ad mediam diem pandit egressum. Ex quo lumine adprehensa domus incendio concrematur, de qua Fol. 244. et alia adpraehendi ceperunt. || Tunc eruente igne super vinctus carceres, aparuit eis beatus Germanus, et cumminuens trabem atque catenis, quibus vincti tenebantur, reserato carceres osteo, vinctus habire permisit incolomis. Ille vero egressi, se ad basilicam sancti Vincenti, in qua sepulchrum habetur beati antestitis, contulerunt. Igitur cum per totam civitatem huc adque illuc flante vento flamma feritur, totisque viribus regnaret incendium, adpropinquare ad aliam portam coepit, in qua beati Martini oraturium habebatur, qui ob hoc aliquando factum fuerat, eo quod ibi lepram maculosi homines osculo depulisset. Vir autem, qui eum intextis vircultis in sublime construxerat, confisus in || Col. 407. Domino nec debeat in[5] Martini virtute diffisus, se resquę suas infra eius parietis ambiit, dicens : « Credo enim, et fides mea est, quo drepellat ab hoc loco incendium, qui sepius incendiis imperavit et in hoc loco leprosi hominis cutem, osculum medente, purgavit. » Adpropinquante enim illuc incendium, ferebantur valedi globi flammarum, qui percucientes parietem oraturii, protenus tepiscebant. Clamabat

1. *Corr.* apud. — 2. *Corr.* dicerte. — 3. *Corr.* necuciantium. — 4. *Corr.* accenso. — 5. *Sic, pro* de beati.

autem populus, viro ac mulierum : « Fugite, miseri, ut evadere possetis. Ecce iam igneum pondus super vos diruit, ecce favelle incendii cum carbonibus tamquam validus imber ad vos usque distenditur. Egrediemini ab oraturio, || ne Fol. 244 v°. cum eodem incendio concremimini. » Ad illi oracionem fundentes, numquam ab his vocibus movebantur. Sed nec mulier se umquam a fenestra, per quam interdum flamma ingrediebantur, amovet, que erat spe firmissima de virtute beati antestitis prȩmunita. Tantaque fuit virtus beati pontificis, ut non solum hoc oraturium cum alumni proprii domo salvaret, verum etiam nec aliis domibus, qui in circuiti erant, nocere flammas dominantibus permissiset. Ibique cecidit incendium, quod ab una parte pontes ceperat desevire. Ab alia vero parte tam valide cuncta conflagravit, ut amnis finem inponerit. Verumtamen ȩclesia cum domibus suis non sunt aduste. Agebat enim, hac urbem quasi consecratam fuisse antiquitus, ut non ibi incendium prȩvaleret, non serpens, non glerus aparuisset. Nuber autem, cum cuniculum pontis emundaretur, et coenum, de qua repletum fuerat, auferetur, serpentem cleremque aereum repe(re)rerunt. Quibus ablatis, et cleres ibi deinceps extra numero et serpentes aparue runt, et postea incendia perferre coepit.

XXXIIII. Et quia princeps tenebrarum mille habit artes nocendi, quid de reclausis a Deo devotis nuper gestum fuerit, || pandam. Vennocus Britto presbiterii honore pre- Fol. 245. ditus, cui in alio libro meminimus, tante se abstinencie dedicavit, ut indumentum de pellibus tantum uteritur, cybum de erbis agrestibus incoctis sumerit, vinum vero tantum vas ad hos poneret, quod magis potaretur libare osculo quam aurire. Sed cum eidem || devotorum largitas frequenter Col. 408. exiberet vasa ho plena licore, dedicit, quod peius est, extra modum aurire et in tantum dissolvi pocione, ut plerumque ebrius cerneretur. Unde factum est, ut, invalescente temulencia, tempore procedente, a dȩmonio correptus, per inerciam vexaretur, in tantum ut, accepto cultro, vel quodcumque genus tele sive lapidem aut fustem potuisset arepere, post

homines insano furore discurrerit. Unde necessitas exigit, ut catenis vinctus costodiretur in cella. In hoc quoque damnacione per duorum annorum spacia debachans, spiritum exalavit. Alius quoque Anatholius Burdegalensis puer, ad fer̄, annorum duodecem, cum esset famulus cuiusdam neguciaFol. 245 v°. tores, petiit sibi ad reclausionem || licencia tribui. Sed, resistente diu domino, potans eum in hoc tepiscere adque implere non posse in hac ętate quod nitebatur adpete[re], tandem victus precibus famoli, facultatem tribuit, ut id quod fagitabant impleret. Erat autem ibi cripta ab antiquis transvolutum eleganteque opere exposita, in cuius angulo erat cellula parva de quadratis lapidibus clasa, in qua vix unus stans homo recipe possit. In hac cellola puer ingreditur, in hac per octo aut eo amplius annus commoratus, tenui cybo potuque contentus, vigiliis oracionibusque vagabat. Post hec pavorem validum perpessus, clamare cepit intrinsecus se torqueri. Unde factum est, ut, adiuvante ei, ut credo, diabolici partis milicia, amotis quadris quibus conclusis tenebatur, eliderit parietem in terram, conlidens palmas et clamans se a sanctis Dei peruri. Cumque diutissime in hac insania teneretur et sancti Martini si prius confiteretur nomina, ac dicerit, se pocius ab eo quam a sanctis aliis cruciare, Thoronus adducetur. Sed malus episcopus, credo, ob virtutem adque magnitudinem sancti conpressus, nequaquam hominem mutelavit. Nam in loco ipso per anni circuFol. 246. lum || degens, cum nihil malæ pateretur, regressus est, sed rursus que caruerat incurrit.

XXXV. Legati de Spaniis regem Guntchramnum venerunt cum multis muneribus, pacem petentes, sed nihil certi Col. 409. accipiunt in responsis. Nam anno || preterito, cum exercitus Septemaniam debellasset, navis, que de Galleis in Galliciam abierant, ex iusso Leuvieldi regis vastate sunt, res ablate, hominis cęsi atque interfecti, nunnulli[1] captivi abducti sunt. Ex quibus pauci quodadmodo scafis erepti, patrię quę acta fuerant nonciaverunt.

1. *Corr.* nonnulli.

XXXVI. Igitur apud Childebertum regem Magnoaldus causis occultis ex iusso regis interfecitur hoc modo. Stante infra Metensis urbis palacium regem et ludum expectante, qualiter animal caterva canum circumdatum fatigabatur, Magnoaldus arcersitur. Quo veniente et nesciente que orta erant, cum reliquis dissoluti riso, prospicere pecutem cepit. Ad his cui iussum fuerat, cum viderit eum expectaculum intentum, librata secure caput eius inlisit. Qui cecidit et mortuus est, ac per fenestram domus proiectus, a suis sepultus est; resque eius protinus direptę, ęrario publico, in quantum repertum est, sunt inlate. Autumabant tamen quidam, eo quod post mortem fratres diversis plagis coniugem || affectam interfecissit et uxorem fratres adscessit toro, extetisse causam, qua interemerit. Fol. 246 v°.

XXXVII. Post hec Childeberto rege filius natus est, qui a Magneroco Treverorum episcopo de sacro fonte susceptus, Theo[de]bertus est vocitatus. De quo tantum gaudium Guntchramnus rex habuit, ut statim legatus dirigens, multę munera transmitterit, dicens : « Per hunc enim Deus eregere Francorum regnum propria magestates suę pietati dignabitur, si hunc pater aut ipsi viverit patri. »

XXXVIII. Anno denique XI regni Childeberti regis legati iterum de Spanis venerunt, pacem petentes, sed nihil certi obtenentes, regressi sunt. Richaredus autem, filius Leuvichilde, usque Narbo||nam venit et infra terminum Galliarum predas egit et clam regressus est. Col. 410.

XXXVIIII. Eo anno multi episcoporum opierunt[1]. Bategiselus[2] vero Cenomanorum episcopus, vir valde sevus in populo, auferens sive deripuens iniuste res diversorum. Ad cuius animum acervum adque inmitem coniux accesserat sevior, quę illum in cummittendis[3] sceleribus nequissimus consilii stimolis[4] perurguebat. Nec pręteribat dies aut

1. *Corr.* obierunt. — 2. *Corr.* Badegisilus. — 3. *Corr.* committendis. — 4. *Corr.* stimulis.

[illegible]

[illegible] finivit. In cuius loco Berthramnus [illegible] subrogatus est. Qui multis altercationem cum [illegible] illius defuncti habuisse probatur, eo quod res, que tempore Badegisili episcopi eclesie date fuerant, tamquam proprias retenebat, dicens: « Milicia hec fuit viri mei. » Et licet invita, tamen cuncta restituit. Erat enim ineffabili malicia[4]. Nam sepius viris omnia pudenda cum ipsis ventris pellibus incidit, feminis secriciora[5] corpores loca lamminis candentibus perussit et multa alia iniqui gessit, que tacere melius potavi. Obiit || et Sabaudus Arelatensis episcopus; in cuius loco || Licerius regis Gunthramni[6] refrendarius est adscitus. Gravis tunc Provinciam ipsam lues debellata est. Obiit et Euvantius Viennensis episcopus, in cuius sede Virus presbiter de senatoribus, rege elegente[7], substituetur. Multique eo anno sacerdotum ex hoc mundo migrati sunt, quod preterire volui, eo quod unusquisque in urbe sua sui reliquerit monomenta[8].

XI. Fuit autem et in orbe Thoronica Pelegius quidam, in omni malicia exercitatus, nullum iudicem metuens, pro eo quod iumentorum fiscalium costodis sub eius potestate consisterent. Ob hoc furta, superventa, pervassionis, cędis

---

1. [illegible] — 2. Corr. [illegible] — 3. Corr. ipsos. — 4. Sic. pro [illegible] — 5. Corr. [illegible] — 6. Corr. Guntchramni. — 7. Corr. eligente. — 8. Corr. monumenta.

deversaque scelera tam in fluminibus quam in terris agere non cessabat. Nam plerumque arcersitum et minactibus lenibusque verbis, ut ab hac malicia desisterit, proibere volui; sed magis odia, quam aliquod fructum iusticię ab eo recepe[1] iuxta illud Salamoneacę sapiencię proverbium[2] : *Argue stultum, adiciet odire te.* Nam tantum in me odium miser habebat, cęsisque homibus[3] sanctę ęclesię, exanimis reliqueret[4], causasque, qualiter ęclesię vel basilicę sancti Martini damna intenderit, inquirens. Unde factum est, ut quadam vice venientibus hominibus nostris atque ethymnum in vasis deferentibus cęderit, ipsaque vasa dereperit[5]. Quod factum cum conperissem, eum a commonione[6] suspendi, non quasi ultur iniurie mee, sed ut facillius eum ab hac insania || redderem emendatum. Ad illi, electis duode- Fol. 248. cem[7] viris, ut hoc selus periuraret, advenit. Sed cum ego nullum vellim sacramentum suscipere, conpulsus ab eo vel a civibus nostris, amotis reliquis, ipsius tantum iuramentum suscipi, iussique eum recipi in commonionem[8]. Erat autem eo tempore mensis primus. Adveniente autem mense quinto, quo prata secare solent, pratum sanctimunialium, qui terminum prati sui adherebat, pervadit. In quo statim ut falcem misit, febre correptus, die tercio spiritum exalavit. Deposuerat enim sibi sepulchrum in basilicam sancti Martini vici Condaten||sis, quod detectum, sui effractu in frustra reppe- Col. 412. rierunt. Sic postea in porticum ipsius basilicę est sepultus. Vasa quoque ethyni, qua periuraverat, post obitum illius ab eius prumptuario sunt delata. Manifesta est autem virtus beatę Marię, in cuius basilicam miser sacramentum protullit mendax.

XLI. Cum autem per totam [terram] sonus illi percurrerit, Pretextatum episcopum a(f) Fredegunde fuisse interfectum, illa quoque, quo facilius detergeretur a crimine, adprehinsum puerum cędi iussit, vehementer dicens : « Tu hoc blasphe-

1. *Corr.* recipe. — 2. *Prov.* 9, 8. — 3. *Corr.* hominibus. — 4. *Corr.* relinqueret. — 5. *Corr.* direperit. — 6. *Corr.* communione. — 7. *Corr.* duodecim. — 8. *Corr.* communionem.

mium super me intulisti, ut Pretextatum urbis Rothomaginsis[1] episcopum gladio adpeteris. » Tradedit[2] eum nepote ipsius sacerdotis, et cum eo in supplicio posuisset, omnem rem evidenter aperuit dixitque : « A regina enim Fredegunde centum soledus accepi, ut hoc facerem, a Melantio vero episcopo quinquaginta et ab archediacono[3] civitates
Fol. 248 v°. alius quinquaginta ; || insuper et promissum abuit, ut inienuus fierim, sicot et uxor mea. » In ac voce illius evaginatum homo illi gladium predictum reum in frustra concedit[4]. Fredegundis vero Melancium, quem prius episcopum posuerat, ęclesię instituet.

[XLII.] Per quam cum Beppolenus dux valde fatigaretur, nec juxta personam suam ei honor debetus inpenderetur, caernen[s se] dispici, ad Guntthramno regem habiit. A quo accepta potestate ducatus super civitates illas, que ad Chlotharium, Chilperici regis filium, pertenebant, cum magna potencia pergit, sed a Rhedonicis non est receptus. Andegavos vero veniens, multa mala ibi gessit, ita ut anonas, fenum, vinum, vel quidquid reperire potuisset in domibus civium ad quas accesserat, nec expectatis clavibus, disruptis osteis, devastaret ; multusque de habitatoribus loci cedibus adfecit protivitque ; Domigisilo quoque mecum[5] intulit, set pacificatus est cum eo. Accedens autem ad urbem, dum epularetur cum diversis in tristico, subito effractum pul-
Col. 413. pitum domus, vix semivivos evasit, multis || debilitates ; in eisdem tamen malis perdurans, que prius gesserat. Multa tunc et Fredegundis in regno filii sui de rebus eius evertit. Ipse quoque ad Rhethonicus rediens et eis regi Gunt-
Fol. 249. chramno || subdere cupiens, filium suum in hoc loco rel[i]quid. Qui non multum intercedente tempus, inruentibus Rhedonicis, interemptus est cum multis honoratis viris. Hoc anno multa signa aparuerunt ; nam mense septimo arbores ulsi[6] sunt floruisse, sed et multę, que prius poma

1. *Corr.* Rothomagensis. — 2. Tradidit. — 3. *Corr.* archidiacono. — 4. *Corr.* concidit. — 5. *Sic, pro* metum. — 6. *Sic, pro* visi.

habuerunt, nova dederunt, que usque natalis dominici tempore in ipsis arboribus habitę sunt. Fulgur[1] per cęlum in modum serpentes cucurresse visus est.

[XLIII.] Anno quoque duodecimo Childeberti regis, Nicecius Arvernis rectur Massiliensis provincię vel reliquarum urbium, que in illis partibus ad regnum regis ipsius pertinebant, est ordinatus. Antestius vero in Andecavo a rege Guntchramno dirigetur, multus ibidem damnis adfligens eos, qui in morte Domnolę, uxores Nectarii, mixti fuerunt. Resque Boboleni, eo quod fuerit huius caput sceleris, in fisco redactis, Namnetas accessit ac lacessire Nonnitium episcopum coepit, dicens : « Quia filius tuus in hoc facinus est admixtus, ut dignas pro cummissas suis poenas luat, meritum exiit. Sed puer consciencię acusante territus, ad Chlotharium, filium Chilperici, aufugiat. Antestius vero, acceptis fideiussoribus ab episcopo, ut in presencia regis adesset, Santonas venit. Sonus autem his diebus exierat, quod Fredegundis occultus in Spanis nuncius dirigerit, || eiusdemque a Paladio urbis Santonicę episcopo clam Fol. 249 v°. susceptus et inantea transmisus fuisse. Erant autem eo tempore dies quadraginsimę sanctę, et episcopus in insola || maris oracionis causa secesserat. Se(d)cundum consuetudi- Col. 414. nem autem, dum ad dominicę cęnę festę ad ęclesiam suam, populo expectante, rediret, ab Antestio in via vallatur. Qui, nec discussa rei veritatem, dicebat : « Non ingredires urbem, set exilio condemnaberis, quia suscepisti nuncius inimicę domini nostri regis. » Ad ille : « Nescio, ait, quid loqueris. Tamen quia dies sancti inminent, accedamus ad urbem, decursisque solemnitatum sanctarum festis, postea quecumque volueris obpone, racionem a me accipies; quia quod reputas nihil est. » Ad illi : « Nequaquam, inquid, set non adtingis limina ęclesię tuę, quia infidelis aparuisti domino nostro regi[2]. » Quid plura? Teneretur in via episcopus, domus ęclesię discribitur. Cuius cum homini

1. *Corr.* fulgor. — 2. *Corr.* rege.

obtenere non quiunt, ut saltim vel celebrata solemnitate paschali discuciatur. Hisque supplicantibus et illo rennuente, tandem patefecit nullusque latebat in pectore. « Si, inquid, domum, quam infra terreturii[1] Biturigi termino habere dinuscitur, [mea] dicione, facta vindicione, subdederit, que flagi(li)tatis facio; alioquin non effugiat[2] manus meas, nisi tradatur exilio. » Metuit negare episcopus; scripsit subscripsit ||
Fol. 250. que ac tradedit agrum; et sic, datis fideiussoribus de presencia sua ante regem, in civitate ingredi permissus est. Transactis igitur diebus sanctis, ad regem pergit. Adfuit et Antestius, set nihil de his que opponebat episcopo potuit adprobare. Episcopus autem ad urbem redire iubetur et usque ad sinodum futurum dilatatur, si forte aliqua de his que oponebantur evedentius possent agnusci. Adfuit et Noncius[3] episcopus, qui, datis multis muneribus, abscessit.

Col. 415. [XLIIII.] Fredegundis vero qua||si ex nomine filii sui legatus ad Guntchramnum regem dirigit. Qui, reserata peticione, accepto responso, valedicentes abscedunt; sed, nescio quibus causis, paulolum aput metatum suum remorati sunt. Mane autem facto, procedente regi ad matutinis ac preeunte cęreo, visus est homo quasi ebreus[4] in angulo oraturio dormitare, accentus gladio, cuius asta pariete sustentabatur. Hoc viso, rex exclamavit, dicens, non esse sempliciter, hominem sub hoc horrore noctis tali in loco quiescere. Oppressus autem et lores revinctus, interrogabatur, quid sibi hec vellint, que ageret. Nec mora suplicio subdit[us, dicit se a legat]is qui advenerant, emissum fuisse, ut rex deberet interfici. Denique adprehinsi legati Fredegundis, nihil [de his] que interrogati sunt confitentur, dicentes : « Nos nihil ad aliud missus, nisi
Fol. 250 v°. legacionem, quam sugessimus, deferemus. » || Tunc hominem illum deversis plagis adfectum et carcere mancipatum, legatus per diversa loca exilio condempnare precepit. Manifestissimi enim patuit, sub hoc loco a Fredegunde fuisse directus, ut regem interficere deberent, quod misericordia Domini non permisit. Inter quos Baddo senior habebatur.

1. *Corr.* territurii. — 2. *Corr.* effugiet. — 3. *Sic, pro* Nonnichius. — 4. *Corr.* ebrius.

[XLV.] Cum autem legati de Hispaniis crebro ad regem Guntchramno venerent et nullius pacis graciam obtenire potuissent, sed magis inimicicia pulularet, rex Guntchramnus Abegensem[1] urbem nepoti suo Childebertho reddedit. Quod cernens Desiderius dux, qui maxime in eiusdem urbis terreturio meliora facultate suae con||diderat, Col. 416. timens, ne ultio expeteretur ab eo propter antiquam inimiciciam, quod aliquando in eadem civitatem exercitum glorie suę[2] memorię Sigiberthi reges graviter adfecisset, cum Tetradia uxorem suam, quam Elalio[3] nunc Arverno comite abstullerat, in termino Tholosano cum rebus omnibus transiens, exercitum cummovit et contra Gothus[4] abire disponit, divisis prius, ut ferunt, rebus inter filius et coniugem. Adsumptoque secum Austroaldo comite, Carcasonam petit. Prępararaverant enim se, hoc audito, urbis illius civis, quasi resistere volentes; audierant autem de his prius. Denique, inito bello, fugire Gothi coeperunt, et Desiderius cum Austrovaldo a tergo cedere hostem. Illis quoquę fugientibus, hic cum paucis ad urbem accessit. Lassati enim fuerant || equitis sociorum. Fol. 251. Tunc ad portam urbis accedens, valatur a civibus, qui infra murus erant, interfectus est cum his omnibus, qui eum fuerant prosecuti, ita ut vix pauci exinde quodadmodo evaderent, qui rem, ut gesta fuerat, nonciarent. Austrovaldus vero audiens Desiderium mortuum, de qua[5] regressus, ad regem perrexit; qui mox in eius locum dux statuitur.

[XLVI.] Post hec Leuvighildus rex Hispanorum egrotare coepit, sed, ut quidam adserunt, penitenciam pro errore heretico agens et obtestans, ne huic heresi quisquam repperiretur consentaneus, in legem catholicam transiit, ac per septem dies in fletu perdurans pro his que contra Deum molitus est, spiritum exalavit. Regna[vit]que Richaredus, filius eius, pro eo. || Fol. 251 v° vacat.

1. *Corr.* Albegensem. — 2. *Sic, pro* gloriose. — 3. *Corr.* Eulalio. — 4. *Corr.* Gothos. — 5. *Sic, pro* via.

Fol. 252.
C. 417-418.

INCIPIUNT CAPITULA LIBER VIIII.

I. De Richaredo et legatis eius.

II. De obito[1] beatae Radegunde.

III. De eo, qui cum[2] cultro ad Gunthchramni[3] rege venit.

IIII. Quod Childeberto alius natus est filius.

V. De prodigiis.

VI. De seductoribus et ariolis.

VI [VII]. De remucione[4] Ennodi et de Wasconibus.

VII [VIII]. De presencia Gunthchramni Bosonis.

VIII [VIIII]. De interitu Ursonis Raucingi.

Fol. 252 v°. VIIII [X]. De interitu Gunthchramni Bosonis.

XI. Quid re regis[5] viderunt.

XII. De interitu Ursonis ae[6] Bertefledе.

XIII. De Baddone, qui in legacione[7] habiens, retentus et post duo dimissus est; et de morbo deniticori[8].

XIIII. De pace Egidi episcopi et Lupi ducis.

XV. De legacione ipsius ad reges nostros.

XVI. De conversione Richarede.

XVII. De exiguetate[9] anni uius.

XVIII. De Brittanis et opitu Namati episcopi.

XVIIII. De interitu Sichari civis Toronici. ||

XX. De eo quod Guntchramno rege in legacione[10] pro costodienda[11] pace direxit.

XXI. De elimosinis et bonitates ipsius regis.

1. *Corr.* obitu. — 2. *Add.* cum. — 3. *Corr.* Guntchramno. — 4. *Corr.* remocione. — 5. *Corr.* reges. — 6. *Corr.* et. — 7. *Corr.* legatione. — 8. *Sic, pro* desenterico. — 9. *Corr.* exiguitate. — 10. *Corr.* legatione. — 11. *Corr.* custodienda.

XXII. De luae Massiliensis urbis.

XXIII. De obitu Agerici episcopi et socessore[1] eius.

XXIIII. De episcopatu Fromii.

XXV. Quod exercitus Childeberthi [in] Italia habiit.

XXVI. De obitum Ingobelgae reginae.

XXVII. De obitu Amalonis.

XXVIII. De escibus[2], qua[3] Brunichildis regina transmisit.

XXVIIII. Quod Langobardi pacem ad Childebertum regem petierunt.

XXX. De scriptoribus urbis Pectavae atque Toronice.

XXXI. Quod Guntchamnus rex exercitum in Septimania direxit.

XXXII. De inimicicia[4] inter Childebertum et Guntchamnum.

XXXIII. Quod Ingitrudis relegiosa ad Childebertum habiit, contra filiam suggesturam.

XXXIIII. De inimiciciis[5] Fredegundis com filia sua.

XXXV. De interitu Waldonis. ||

XXXVI. Quod Childebertus rex Theodoberthum[6] filium suum[7] Resona[8] direcxit. Fol. 253.

XXXVII. De [D]roctegisilo episcopo.

XXXVIII. De id quod aliqui contra Brunichildem regina migrare[9] voluerunt.

XXXVIIII. De scandalo in monistirio[10] Pectavense ortae per Chrodochelde et Basenane.

XL. De fonetrite[11] primis scandali.

XLI. De [ne]ce[12] in basilica sancti Hilari.

1. *Corr.* successore. — 2. *Sic, pro* speciebus. — 3. *Corr.* quas. — 4. *Corr.* inimicitia. — 5. *Corr.* inimicitiis. — 6. *Corr.* Theodobertum. — 7. suum *erasum.* — 8. *Sic, pro* Sessonas. — 9. *Sic, pro* reginam agere. — 10. *Corr.* monastirio. — 11. *Sic, pro* fomite. — 12. *Corr.* nece.

XLII. Exemplare[1] epistulę, quam sancta Ratgundis episcopis direxit.

XLIII. Quod Teodoaldus presbiter ad oc scandalum mitigando venit.

XLIIII. De temperi[2] anni presentis.

1. *Corr.* exemplar. — 2. *Corr.* temporibus.

EXPLICIT.

IN CHRISTI NOMINE INCIPIT LIBER VIIII. IN ANNO XII. CHILDEBERTI REGES.

I. Igitur posmortem[1] Leuvigilde Hispaniorum regis Richa- Col. 419. redus, filius eius, fedus iniit cum Gesintha, relicta patris sui, eamque ut matrem suscepit. Hec enim erat mater Brunechildis regine, matris Childeberti || iunioris[2]. Richaredus Fol. 253 v°. vero [de alia uxore erat filius] Leuivigildi. Denique, cum noverca habitu consilio, legatus[3] ad Gunthramno rege adque ad Childebertum dirigit, dicens : « Pacem habete nobiscum, et ineamus[4] foedus, ut adiutus presidio vestro, cum necessitas poposcerit, simele[5] nus condicione, intercedentae caritate, muniamus. » Venientes vero legati, qui ad Guntchramnum regem directi erant, aput[6] Matascense opidum[7] iusserunt resedere, ibique transmissus[8] [viris], rex causas cognovit, sed recepere[9] noluit verba eorum. Unde tales[10] postmodum inter eos inimicia pollulavit, || ut a civi- Col. 420. tates Septemanie nullom[11] de regno eius transire permitterent. Hi[12] vero qui ad Childebertum regem venerunt cum caritatem recepti sunt, datisque muneribus, accepta pace, cum muneribus sunt regressi.

II. Eo anno beatissima Radegundis ab oc[13] mundo migravit. Que magnum planctum in monasterio, quem constituerat, dereliquid. Fuitque[14] et ego pręsens ad eam sepiliendam. Obiit autem mense sexto, tertia decima die minsis, sepulta post triduum. Quem autem ibi ipsa die virtutes || apparuerunt, vel qualiter fuerit funerata, in libro Miracu- Fol. 254. lorum plenius scribere statui.

---

1. *Corr.* post mortem. — 2. *Corr.* junioris. — 3. *Corr.* legatos. — 4. *Corr.* iniamus. — 5. *Corr.* simile. — 6. *Corr.* apud. — 7. *Corr.* oppidum. — 8. *Corr.* transmissis. — 9. *Corr.* recipere. — 10. *Corr.* talis. — 11. *Corr.* nullum. — 12. *Corr.* hii. — 13. *Corr.* hoc. — 14. *Corr.* Fuique.

III. Interia[1] advenit festivitas sancti Marcelli, que aput[2] urbem Cavelonnensem[3] mense septimo celebratur, et Guntchramnus rex adfuit. Verum ubi, peracta solemnia, ad sacrosanctum altarium cummunicandi gracia accessisset, Col. 421. venet[4] quidem quasi aliquid sugesturus. Qui dum prope||rat contra regem, cultrum ei de manu delabitur; adprehensumque repente, alium cultrum evaginatum in manu eius repperierunt. Nec morę, ductus a basilica sancti, vinctus et turmentes[5] addictus, confitetur se emissus ad interficiendum regem, dicens : « Sic enim tractavit, qui me misit. » Quia cognovit rex multorum in se odia adgregata, et suspectus, ne percuciatur, omnino se a suis valari precepit; nec reperitur aditus, qualiter ad eum cum gladiis possimus[6] accedere nisi in eclesiam[7], in qua securus et nihil metuens stare denuscitur, verberitur[8]. Sed et his de quibus locutus Fol. 254 v°. fuit adprehinsis, multis || interemptis, hunc verberatum plagis demisit vivum, quia nefas potavit[9], si his qui ab ecclesię ductus fuerat truncaretur.

IIII. Eo anno Childeberti[10] rege alius fi[li]us[11] natus est, quem Veranus Cavelonensis episcopus suscipiens a lavacro, Teodorici nomen inposuit. Erat enim eo tempore ipsi[12] pontifex magnis virtutibus preditus, ita ut plerumque infirmis signum crucis inponens, statim sanitate, tribuenti Domino, restauraret.

V. Prodigia quoque multa dehinc apparuerunt. Nam vasa per domus[13] diversorum signis, nescio quibus, caraxata sunt, quę res nullo umquam modo aut erati potuit aut deleri. Inceptum est autem hoc (pro hoc) prodigium ab urbis Carnotine territurio; et veniens per Aurilianensem, usque Burdegalensem terminum peraccessit, non pretermittens ullam urbem, quę fuit in medio. In vineis vero, mense octavo,

1. *Corr.* interea. — 2. *Corr.* apud. — 3. *Corr.* Cavellonnensem. — 4. *Corr.* venit. — 5. *Corr.* tormentis. — 6. *Corr.* possemus. — 7. *Corr.* ecclesiam. — 8. *Corr.* dinoscitur, verberetur. — 9. *Corr.* putavit. — 10. *Corr.* Childeberto. — 11. *Corr.* filius. — 12. *Corr.* ipse. — 13. *Corr.* domos.

transacta vindimia, palmites novos cum uvis deformatis aspeximus. In aliis arboribus frondis novi[1] et nova visa sunt poma. Radii a parte aquilonis apparuerunt. Adserebant nonnulli vidisse se serpentes ex nube delapsos. Alii adfirma||bant, villam cum casis et hominibus subitania[2] (Fol. 255.) internicione evanuisse. Et multa alia signa apparuerunt, quę aut regis obitum adnunciare solent aut regiones excidium[3]. || Vindimia ex anno tenuis, aque validiae[4], pluviae inmense, (Col. 422.) flumina quoque granditer adausa fuerunt.

VI. Fuit eo anno in urbe Toronica Desiderius nomine, qui se magnum quendam esse dicebat, adserens se multa facere signa posse. Nam et nuncius[5] inter se adque Petrum et Paulumque apostolos discurrere iactitabat. Ad quem, quia pręsens non ęram, rusticitas populi mugituram fluxerat, deferentes secum cecos et debiles, quos non in sanctitate ranare, sed rore[6] nigromantia ingeni[7] querebat inludere. Nam hos, qui erant paralitici aut alia[8] inpedite[9] debilitate, iubebat valide extendi, (a)ut quos virtutis[10] divini largicionis diregere non poterat, quasi per industriam restauraret. Denique adprehindebant[11] pu[e]ri eius manus hominis, alii vero diversis in partibus, ita ut verni[12] putarentur abrumpi, cum non sanarentur, demittebant exanimis. Unde factum est, ut in hoc subplicio multi spiritum exalarent. || [Tantoque miser (Fol. 255 v°) elatus erat,] ut iuniorem sibi beatum Martinum esse diceret, se vero apostolis coequaret. Nec mirum, si hic similem se dicat apostolis, cum ille auctor nequicie, a co[13] ista procedunt, Christum se esse in fine seculi fatetur. Nam de oc animadversum est, ut superius diximus, error nigromantiae artes fuisse inbutum; qui autem[14] adserunt qui eum viderunt, cum quisque de eo procul et abdite quiquam locutus fuisset mali, coram populo atstante inproperabat[15], dicens, quia : « Oc[16] et illod[17] de me efatum[18] es, que

1. *Corr.* novis. — 2. *Corr.* subitanea. — 3. *Corr.* excedium. — 4. *Corr.* validae. — 5. *Corr.* nuncios. — 6. *Corr.* errore. — 7. *Corr.* ingenii. — 8. *Corr.* aliqua. — 9. *Corr.* inpediti. — 10. *Corr.* virtutes. — 11. *Corr.* adprehendebant. — 12. *Sic, pro* nervi. — 13. *Corr.* quo. — 14. *Corr.* quia, ut. — 15. *Corr.* properabat. — 16. *Corr.* hoc. — 17. *Corr.* illud. — 18. *Corr.* efatus.

sanctitate[1] mee erant indigna. » Et quid aliud nisi nonciantibus[2] demoniis cognoscebat? Habebat autem cucullam ac tonicam[3] de pilis cap[r]arum, et in presente quidem abtinens erat a cibis et potum, clam autem, cum in diversurio venisset, ita inferebat in ore, ut minister non ocurrerit tantum poscenti porregere. Set[4] detecta dolositas eius et a nostris deprehensa, eiectus [est] extra urbis terminum. Col. 423. Fol. 236. Nec cognovimus deinceps, eo abisset; dicebat || tamen || se esse Burdigalensem. Nam et ante os[5] septem annos fuit et alius walde seductur[6], qui multos decepit dolosetate[7] sua. Hic enim colobio indutus erat, amictus desuper sindonem, crucem ferens, de qua dependebant ampulle, quas dicebant oleum sanctum abere. Agebat enim se de Spaniis adventare et reliquias beatissimorum ma[r]tirum Vincenti levite Felicisque martyres[8] exhibere. Sed cum iam vespere ad basilicam sancti Martini Thoronis advenisset, et nos convivio resederemus, mandatum misit, dicens : « Occurri ad reliquiis sanctis. » Cui nos, quia hora iam preterierat, dixemus[9] : « Requiescant beatae reliquie super altarium, donec mane procedemus[10] ad occursum earum. » Set[11] ihc[12] primum diluculo consurgens, nec expectates nobis, advenit cum cruce sua et in cellola[13] nostra adfuit. Stupefactus ego et admirans levitatem, interrogo, quid sibi ec[14] vellent. Respondit qua[15] superbus et inflata voce : « Meliorem, inquid, occursum nobis exibere debueras. Sed ehe[16] ego in auri- Fol. 256 v°. bus Chilperici reges ingeram; ille || autem ulciscetur dispeccionem[17] meam ». Et ingressus in oraturio, me postposito, ipse capitelum[18] unum adque alterum ac tercium dicit ipsee oracionem[19] profret et ipse consumat; elevataque iterum cruce, ibat. Erat enim ei et sermo rusticus et ipsius linguae elatitudine turpis adque obscoena; set[20] nec de eo sermo racionabiles procedebat. Qui usque Pariseus[21] acces-

1. *Corr.* sanctitati. — — 2. *Corr.* nunciantibus. — 3. *Corr.* tunicam. — 4. *Corr.* sed. — 5. *Corr.* hos. — 6. *Corr.* seductor. — 7. *Corr.* dolositate. — 8. *Corr.* martyris. — 9. *Corr.* diximus. — 10. *Corr.* procedimus. — 11. *Corr* Sed. — 12. *Corr.* hic. — 13. *Corr.* cellula. — 14. *Corr.* hęc. — 15. *Corr* quasi. — 16. *Corr.* hęc. — 17. *Corr.* despeccionem. — 18. *Corr.* capitellum — 19. *Corr.* orationem. — 20. *Corr.* sed. — 21. *Corr.* Parisius.

sit. His enim diebus rogaciones[1] publice celebrabantur, que[2] ante sanctum dominice Ascensiones[3] diem agi solent. Factum est autem, (a)ut, procedente Ragnemodo pontifice cum populo suo et loca sancta circumeunte, ut et hic cum cruce sua adveniens, inusitato populis exibens indumento, adiunctis publicanis ac rusticis mulieribus, et iste eorum suum faciret[4], et quasi cum sua multitudine loca sancta circuire temptat. Haec cernus[5] episcopus, misit archidiaconum, dicens : « Si reliquias sanctorum exibes, pone eas paulo||lum in basilica et nobiscum celebra dies sanctus[6]; decursa autem solemnitatem[7], profecisceris viam tuam. ». Col. 424. Ad ille parvi pendens, que ab rachidiaconum[8] dicebantur, coepit episcopum cumvitiis ac malediccionibus prosequi. || Sacerdus vero intellegens eum seductorem, iussit eum Fol. 257. includi in cellolam. Perscrutatisque cunctis que abebat[9], invenit eum e(v)o sacculum magnum plenum de radicibus diversarum herbarum; ibiquę ędentes talpę et ossa murium et ungues aque[10] adipes ursinos. Vidensque hęc maleficia esse, cuncta iussit in flumine proici; ablataque ei cruce, iussit eum a termino Parisiace urbis excludi. Sed hic iterum, facta sibi altaera cruce, cepit quę prius gesserat exercere; captusque ab arcediacono et catenis vinctus, iussus est costodire[11]. His diebus Parisius adveneram et ad basilicam beati Iuliani marthiris[12] metatum abebam[13]. Nocte igitur insequente erumpens miser iste de costodia[14], cum ipsis quibus erat nexus catenis ad antedictam basilicam sancti Iuliani inproperat adque in pavimento, in loco quo ego stare eram solitus, ruit ac subore[15] vinoque obpressus obdormivit. Nos vero ignari facto, media surgentes nocte ad redendas[16] Domino gracias[17], invenimus eum || dormentem. Fol. 257 v°. De quo tantus splendor[18] egrediebatur, ut omnium cloacarum adque secessorum fetores fetur[19] ille devinceret. Sed nec nos

1. *Corr.* rogationes. — 2. *Corr.* quę. — 3. *Corr.* Ascensionis. — 4. *Corr.* faceret. — 5. *Corr.* cernens. — 6. *Corr.* sanctos. — 7. *Corr.* solemnitate. — 8. *Corr.* archidiaconum. — 9. *Corr.* habebat. — 10. *Corr.* adque. — 11. *Corr.* custodire. — 12. *Corr.* martyris. — 13. *Corr.* habebam. — 14. *Corr.* custodia. — 15. *Corr.* sopore. — 16. *Corr.* reddendas. — 17. *Corr.* gracias. — 18. *Sic*, *pro* fetor. — 19. *Corr.* fetor.

pre oc[1] fetore in basilicam ingredi no[2] potueramus. Accedens vero unus clericorum, clausis naribus, eum excitare nititur, nec potuit; ita enim erat miser madefactus vino. Tunc quatuor accedentes clerici, levantes eum inter manus, in uno angulo basilice proiecerunt; et exibentes aquas, abluto pavimento, resperso eciam[3] herbolas odorantis, sic egressi sumus explere cursum. Numquam tamen nobis [p]sallentibus potuit excitare, donec, dato terris die, altius solis lampas accenderet. Deinc[4] excusato reddidi sacerdotem. Convenientibus autem episcopis apod[5] urbem Pari-
Col. 425. siacam, dum haec in convivio narra||vimus, ipsum pro castigaciones gracia adesse precepimus. Quo adstante, elevatis Amelius Beorretane urbis episcopus oculis, cognoscit[6] eum suom[7] esse famulum sibique per fugam dilapsus; et sic excusatum receptum reduxit in patriam. Multi enim sunt, qui ha[8] seducciones exercentes, populum rusticum in errore ||
Fol. 258. ponere non desistunt, de quibos[9], ut opinor, et Dominus in Euangelio ait[10] consurgere in novissimis temporibus pseodochristus[11] et pseodoprophetas[12], qui antes[13] signa et prodigia, eciam[14] elictus[15] in errore inducant. De is ita sufficiant; nos pocius ad praepositum rediamus[16].

VII. Ennodius cum ducato urbium Toronice atque Pectave minestraret[17], aduc[18] et Vice Iuliensis adque Benarne urbium principatum haccepit. Sed euntibus comitibus Toronice atque Pectave urbis ad regem Childeberthum, obtenuerunt eum a se movere. Ille vero ubi se remotum de is[19] sensit, ad civitates superius memoratas properat; sed dum in illis commoraretur, mandatum accepit ut se ab eisdem removerit; et sic accepto ocio[20], ad domum suam reversus, privati operis curam gerit. Wasconis[21] vero de muntibus[22] prorumpentes, in plana discendunt[23], vineas

1. *Corr.* hoc. — 2. *Corr.* non. — 3. *Corr.* etiam. — 4. *Corr.* dein. — 5. *Corr.* apud. — 6. *Corr.* cognoscet. — 7. *Corr.* suum. — 8. *Corr.* has. — 9. *Corr.* quibus. — 10. *Matth.* 24, 24. — 11. *Corr.* pseudochristos. — 12. *Corr.* pseudoprophetas. — 13. *Corr.* dantes. — 14. *Corr.* etiam. — 15. *Corr.* electos. — 16. *Corr.* redeamus. — 17. *Corr.* ministraret. — 18. *Corr.* adhuc. — 19. *Corr.* his. — 20. *Corr.* otio. — 21. *Corr.* Vascones. — 22. *Corr.* montibus. — 23. *Corr.* descendunt.

agrosque depopulantes, domus[1] tradentes incendio, nonnullus[2] abducentes captivus[3] cum pecoribus. Contra cos[4] sepius Austrovaldus dux processit, set[5] parwam ulcionem[6] exegit ab eis. Gothi vero propter superiores anni devastacionem[7], || quam in Septimaniam regis Guntharmni exer- Fol. 258 v°. citus fecit, in Arelatense provinciam proruperunt, egeruntque pretas[8] adque captivos abduxerunt usque decimo ab urbe miliario. Unum etiam castro Ugernum nomine curribus atque abitatoribus[9] dissolantes, nullo resistenti, regressi sunt.

VIII. Gunthcharmnus vero Boso cum exosus[10] regine haberetur, coepit per episcopus[11] ac proceris[12] dis||currere Col. 426. et veniam sero precare, quam ante dispecxerat[13]. Nam cum rex Childebertus esset iunior, Brunechildem reginam sepe conviciis atque inproperiis lacessibat; sed iniuriis, quę ei ab adversariis inferebantur, fautor exteterat. Set[14] et rex ad ulciscendam iniuriam genetricis iussit eum persequi adque interfici. Illi[15] vero cum se cerneret positum in disscriminę[16], Veredunensem eclesiam[17] petiit, per Agericum prosum episcopum, qui erat reges[18] pater ex lavacro, veniam inpetrare confidens. Tunc pontifex ad regem properat deprecaturque pro eo; cui rex cum negare nequiret quę petebat || ait : « Veniad coram nobis, et datis fideiussoribus Fol. 259. in presentia patrui mei, quicquid illius iuditium decreverit, exequamur. » Tunc adductus ad locum ubi rex morabatur, nudatus armis ad per manicas tentus, ab episcopo represeentatum rege. Ad cuius provolutus pedes, ait : « Peccavi tibi a[19] genetrice tuę non oboediendo preceptionibus vestris, sed agendo contra voluntatem vestram adque utilitatem publicam; nunc autem rogo, ut indulcatus[20] malis meis, que in vobis gessi. » Rex autem iussit eum elevari ad terra,

1. *Corr.* domos. — 2. *Corr.* nonnullos. — 3. *Corr.* captivos. — 4. *Corr.* quos. — 5. *Corr.* sed. — 6. *Corr.* ultionem. — 7. *Corr.* devastationem. — 8. *Corr.* predas. — 9. *Corr.* habitatoribus. — 10. *Corr.* exossus. — 11. *Corr.* episcopos. — 12. *Corr.* proceres. — 13. *Corr.* dispexerat. — 14. *Corr.* Sed. — 15. *Corr.* Ille. — 16. *Corr.* discriminę. — 17. *Corr.* ecclesiam. — 18. *Corr.* regis. — 19. *Corr.* ac. — 20. *Corr.* indulcatis.

et posuit in manu episcopi, dicens : « Sit penes te, sanctæ sacerdus[1], donec in presentia Gunthramni regis adveniat. » Et iussit eum discidere[2].

VIIII. Post haec Rauchingus cuniunctus[3] cum prioribus regni Chlotharii, fili[4] Chilperici, cumfregens[5] se quasi tractaturus de pace, ut inter terminum utriusque regni nulla intencio[6] au[7] dereptio geretur[8], consilium habuerunt, ut, scilicet interfecto Childeberto rege, Rauchingus cum Theodoberto, seniore eius filio, Campaniæ regnum teniret[9], Ursio vero ac Bertęfredus, iuniorem filium nuper genitum, qui Theodericus cognominatur, in se susceptum, excluso
Fol. 259 v°. Gunthramno || rege, relicum retenerat; multa eciam con[10]
Col. 427. Brunehilde regina || frementes, ut eam in contumiliam[11] redigerent, sicut prius fecerant in viduetate[12] sua. Rauchingus ergo summa elatus potenciam[13], et, ut ita dicam, ad ipsius regales exceptris se iactans gloriam, iter preparat ad Childebertem regem accidendi, ut consilium quod ingęret posset explere. Sed pietas Domini hæc verba in aures Gunthramni regis prius inposuit, qui, missis nuntiis clam ad Childebertem[14] regem, omnes ei molitionis has[15] in noticiam posuit, dicens : « Accelera velociter, ut videmur a nobis; sunt enim causæ, que agi debeant. » Ad ille diligenter inquirens, que ei nuntiati[16] fuerant, vereque[17] esse cognuscens[18], arcersire Rauchingum iussit. Qui cum adfuisset, priusquam eum rex sue iussi adstare conspetui, datis literis[19] et pueris distinatis[20] cum evectione publica, qui res eius per loca singul deberent capere, iussit eum in cubiculum intromiti[21]; locu tusque cum eo alia ex aliis, egredi iterum de cubicul iubet. Cumque egredieretur, a duobis ostiarius[22] pedibus
Fol. 260. adprehensus, ruit in gradibus oste[23], ita ut pars corpo-

1. *Corr.* sacerdos. — 2. *Corr.* discedere. — 3. *Corr.* coniunctus. — 4. *Co rr.* filii. — 5. *Corr.* cumfingens. — 6. *Corr.* intentio. — 7. *Corr.* aut. — 8. *Co rr.* gereretur. — 9. *Corr.* teneret. — 10. *Corr.* contra. — 11. *Corr.* contumelia m. — 12. *Corr.* viduitate. — 13. *Corr.* potentiam. — 14. *Corr.* Childebertum. — 15. *Corr.* militiones. — 16. *Corr.* nuntiata. — 17. *Corr.* veraque. — 18. *C rr.* cognoscens. — 19. *Corr.* litteris. — 20. *Corr.* destinatis. — 21. *Corr.* introm ti. — 22. *Corr.* ostiariis. — 23. *Corr.* ostii.

eius esit[1] intrensecus[2], pars vero extrinsecus extenderetur. Tunc hi[3], qui iussi ad hec explenda parati erant, cum gladiis super eum ruunt, atque ita minutatim caput eius conliserunt, ut simile totum crebro potaraetur[4]; statimque mortuos[5] est. Tunc denudatus et per fenestram eiectus, sepulture mandatus est. Erat autem levis in moribus, ultra umanum[6] genus cupiditate a[c] facultatibus ingens alienis, et ex ipsis diviciis walde[7] superbus, in tantum ut iam in ipso interitus sui tempore Clottarii regis se filium fateretur. Multum tamen cum eo auri repertum est. Quo hic interfectu, protinus unus puerorum eius cursu veloci evolans, nunciavit[8] coniugi eius que acta erant. Haec vero per plateam Sessionacem civitates[9] comta[10] gra[n]dibus ornamentis ac gemmarum preciositatibus, vel auri fulgere obtecta, ascen||so aequo, precidentibus[11] pueris aliisque sequentibus Col. 428. ferebatur, adque ad basilicam sancti Crispini Crispiamque[12] properabat, quasi expectatura || missas. Erat enim eo die Fol 260 v°. passio marthyrum beatorum. Sed videns nuncium[13], per aliam plateam gressum retorque[n]s[14], proiectis in terra ornamentis, in basilicam sancti Medardi antistites[15] confugit, ibique se tutare confessores presidio putans. Pueri vero, qui missi a rege fuerant ad requirendas res eius, tanta in thensauris eius rapperierunt[16], quanta nec in ipso aerarii publice regis poterant invenire; que[17] totum reges conspectibus praesentarunt. Nam eo die, quo hic interfectus est, erant cum rege multi Thoronorum atque Pectavorum, de quibus tale fuit consilium, ut, si malum hoc perficere potuissent, hos subditus[18] subplicio, dicerent, qua : « Ex vobis fuit qui regem nostrum interemit; » eosque deversis[19] suppliciis trucidatus, ultoris[20] se mortis regie esse iactarent. Sed Deus omnipotens consilia eorum, quia iniqua erant, dissipavit, inplevitque illud, quod scriptum est, quia[21] : *Foveam, quam*

---

1. *Corr.* esset. — 2. *Corr.* intrinsecus. — 3. *Corr.* hii. — 4. *Corr.* putaraetur. — 5. *Corr.* mortuus. — 6. *Corr.* humanum. — 7. *Corr.* valde. — 8. *Corr.* nuntiavit. — 9. *Corr.* civitatis. — 10. *Corr.* cumta. — 11. *Corr.* precedentibus. — 12. *Corr.* Crispinianique. — 13. *Corr.* nuntium. — 14. *Corr.* retorquens. — 15. *Corr.* antistitis. — 16. *Corr.* repperierunt. — 17. *Corr.* quę. — 18. *Corr.* subditos. — 19. *Corr.* diversis. — 20. *Corr.* ultores. — 21. Prov. 26, 27.

fratrem parabis, *incedis*[1] *in ea*. In loco tamen Rauchingi Fol. 261. Magnovaldus diregitur[2] dux. Iam enim Ursio || atque Bertefredus, certi, quod Rauchigus[3] que conlocuti fuerunt[4] possit explere, collectu[5] exercitu, veniebant. Sed audientes, quod scilicit[6] tali fuissit[7] afectus interitus, adaucta adhuc secum multitudinem hominum, que at eos pertinere videbatur, intra castrum Vabrinsem, que ville Ursiones propinquus erat, cum rebus omnibus se muniunt, conscii consilii sui, tractantes, ut, si rex Childebertus aliquid contra eos agere voluissit[8], virtute se ab eius exercitu defensarent. Caput enem ehorum[9] et causa malorum Ursio erat. Sed Brunehildis[10] regina mandatum misit Bertefredo, dicens : « Disiungere ab omine inimico, et habebis vitam. Alioquin cum eo interibis. » Filia enim eius ex lavacro regina susci- Col. 429. perat[11], et ob hoc || misericordiam de eo habere voluit. Qui ait : « Nisi morte devellar ab eo, numquam a me relinquetur. »

X. Dum hec autem agerentur, iterum misit Guntchamnus rex ad nepotem suum Childebertum, dicens : « More omne Fol. 261 v°. abscidunt; || veni, ut te videam. Est enim certe necessitatis causa tam pro vite vestre commoda, quam pro utelitatibus[12] buplicis[13], ut videamus a nobis. » Haec illi[14] audiens, adsumta matrem cum sorore et coniuge, ad ocursum patrui distinat. Adfuit autem et Magnericus episcopus Treverice urbis. Venit eciam[15] Guntchramnus Boso, quem Agericus Veredunenses[16] episcopus sua in fide susciperat. Sed pontifex ille, qui pro eo fidem fecerat, non adfuit, quia convenerat, ut absque ullius defensione rege presentaretur, scilicit[17] ut se ipse decerneret eum morte debere, non excusaretur a sacerdote; sin autem ille vitam concideret[18], liberaverit. Sed, coniunctis regibus, pro diversis facultatibus culpabiles

1. *Corr.* incidis. — 2. *Corr.* dirigitur. — 3. *Corr.* Rauchingus. — 4. *Corr* fuerant. — 5. *Corr.* collecto. — 6. *Corr.* scilicet. — 7. *Corr.* fuisset. — 8. *Corr* voluisset. — 9. *Corr.* enim eorum. — 10. *Corr.* Brunechildis. — 11. *Corr* susceperat. — 12. *Corr.* utilitatibus. — 13. *Corr.* publicis. — 14. *Corr.* ille. — 15. *Corr.* etiam. — 16. *Corr.* Veredunensis. — 17. *Corr.* scilicet. — 18. *Corr* concederet.

indicatur; iussum est, ut inter[ficere]tur. Quod cum ille conperisset, ad mansionem Magnerici convolavit, et clausis osteis[1], secregatis[2] ab eo clericis vel famulis, ait : « Scito te, beatissime sacerdus[3], magnum cum regibus honorem habere. Et nunc ad te confugio, ut evadam. Hecce[4] percussores ad ostium, unde manifeste scias, quod, si ad te non eruor, interfectu[5] te || egrediar foras et moriar. Manifestissime (Fol. 262.) henim noveris, quia mors aut una nos occupat aut par vite defensat. O sanctus sacerdus, scio enim te patrem communem cum rege esse filio eius, et novi quoniam quecumque petieris ab eo obtenebis; nec negarae omnino poterit sanctitate[6] tuae quecumque poposceris. Ideoque aut inpertire veniam, aut moriamor[7] simul. » Hec[8] autem evaginato egebat[9] gladio. Turbatus auditu[10] episcopus ait : « Et quid faciam, si hic atenior[11]? Demitte me, ut eam et deprecer misericordiam regis; et fortassis miserebitur tui. » Et ille : « Nequaquam, sed transmitte abatis[12] et creditus[13] tuos, ut hec que loquor exponant. » Verumtamen non hec rege, ut eran[t], nontiata[14] sunt; sed dixerunt, quod hec ab episcopo defensaretur. Unde factum est, ut comotis[15] rex || diceret : « Si episcopus inde egredire[16] noluerit, pariter (Col. 430.) cum illo auctore perfidie periit. » Hec audiens episcopus, direxit nuncius[17] ad regem. Qui cum ista narrasent[18], ait rex Guntchramnus : « Inicite ignem in domum, et si exi[19] nequiverit episcopus, pariter || concrementur. » Hec audientes (Fol. 262 v°.) clerici, effractum vi ostiom[20], sacerdotem eicunt[21] foras. Tunc mirimus[22] cum viderit[23] se flammis validis ab utraque parte vallare, accinctus gladio accedit ad ostium. Virum ubi primun[24] limen domus egrediens gressum foris fixit, statim unos[25] e populo, eiecta lancia[26], frontem eius inlisit. Ad ille, hoc ictu turba[tus], quassi[27] amens, gladium eiecere

1. *Corr.* ostiis. — 2. *Corr.* segregatis. — 3. *Corr.* sacerdos. — 4. *Corr.* Ecce. — 5. *Corr.* interfecto. — 6. *Corr.* sanctitati. — 7. *Corr.* moriamur. — 8. *Corr.* Hęc. — 9. *Corr.* agebat. — 10. *Corr.* audito. — 11. *Corr.* a te teneor. — 12. *Corr.* abbates. — 13. *Corr.* creditos. — 14. *Corr.* erant, nuntiata. — 15. *Corr.* commotus. — 16. *Corr.* egredere. — 17. *Corr.* nuntios. — 18. *Corr.* narrassent. — 19. *Corr.* exire. — 20. *Corr.* ostium. — 21. *Corr.* eiciunt. — 22. *Corr.* miserrimus. — 23. *Corr.* videret. — 24. *Corr.* primum. — 25. *Corr.* unus. — 26. *Corr.* lancea. — 27. *Corr.* quasi.

temtans, ab adtantibus[1] ita lanciarum[2] multitudine sauciatur, ut, deficxis in lateribus eius spiculis et sustentantibus astilibus, ad terram ruere non possit. Interfecti sunt et pauci qui cum eo erant expositique in campo simul. Pro quibus vix obtentum fuit cum principibus, ut terre conderentur. Fuit autem hic in actu levis, avariciae inhiens, rerum alienarum ultra modum cupidus, omnibus iurans et nulli promisa[3] adimplens. Uxor autem eius cum filiis exilio data est, resque illius fisco conlate sunt. Multitudo autem auri argentique ac diversarum specirum[4] in eius regestis reperta Fol. 263. est. || Sed et que subter absconderat, stimulante consciencia iniquitates[5] sue, nun[6] latuerunt. Ariolus ac sortis saepius utibatur[7], ex quibus futura cognuscere[8] cupiens, remansit inlusus.

XI. Rex vero Guntchramnus cum nepute[9] suo ac reginis pacem firmavit, datis sibi invicem muneribus ac stabilitatis causis pupplicis, epolati[10] sunt pariter. Laudabat enim Dominum Guntchramnus rex, dicens : « Refero tibi maximas gracias[11], omnipotens Deus, qui mihi prestetisti, ut videre merear filios de filio meo Childeberto. Unde non me puto usquequaque a tua miestate[12] relicto, quę mihi hec prestetisti[13], ut videam filios filii mei. » Tunc Dinamium et Lupum ducem redditus[14] rex Childebertus recepit, Cadurcum Brunechilde refudit. Et sic cum pace et gaudio iterum atque Col. 431. iterum Deo gracias agentes, conscriptis paccioni||bus[15], se remunerantibus et osculantes, regressus est unusquisque a[d] civitatem suam. ||

Fol. 263 v°. XII. Childebertus vero rex, collecto exercitu, ad locum dirigi iubet, in co Ursio ac Bertefredus inclusi morebantur[16]. Erat enim villa in pago Vabrense, cui inminebat mons arduus. In huius cacumine basilicam in onore[17] sancti

1. *Corr.* adstantibus. — 2. *Corr.* lancearum. — 3. *Corr.* promissa. — 4. *Corr.* specierum. — 5. *Corr.* iniquitatis. — 6. *Corr.* non. — 7. *Corr.* utebatur. — 8. *Corr.* cognoscere. — 9. *Corr.* nepote. — 10. *Corr.* epulati. — 11. *Corr.* gratias. — 12. *Corr.* maiestate. — 13. *Corr.* prestitisti. — 14. *Corr.* redditos. — 15. *Corr.* pactionibus. — 16. *Corr.* morabantur. — 17. *Corr.* honore.

ac beatissimi Martini construcxit. Ferebat enim ib[1] castrum antiquitus fuisse; sed nunc non cura, sed natura tantu[2] munitus erat. In hac ergo basilica cum rebus atque uxoribus vel familia se antedicti concluserat. Commoto ergo exercito[3], sicot[4] diximus, Childebertus rex illuc dirigi iubet. Verumtamen comuti[5] omines[6], antequam ad eos haccederent[7], ubicumque aut villas aut res eorum repperire potuerunt[8], omnia incendio ac prede[9] tradiderunt. Accedentes autem ad unc[10] locum, ad muntem[11] prorepiunt[12] et basilicam cum armis vallant. Habebant autem quasi ducem tunc Ghodegisilum[13], Lupi ducis generum. [Cumque eos extrahere de basilica non valerent], ignem adpligare nituntur. Quod cernens Ursio, accinctus gladio, foris egressus est, tantaque cede hos qui adsedebant mactavit, ut, quanti in eius contemplacione advenissent, nullus vivens remanere possit. Ibet[14] Trufuldus palacii regis comis cecidit, et multi de hoc exercitu prostrati sunt. Cumque iam annillus || de cęde Ursio cerneretur, percussus a quodam in Fol. 264. femore, debilitatus ad terram ruit et sic, inruentibus aliis, vitam finivit. Quod cernens Godeghiselus, clamare cepit ac dicere : « Fiad nunc pax! Ece maximus inimicus domnorum nostrorum ruit; hic vero Bertefredus vitam habeat. » Haec eo dicente, cum omnes[15] populus ad dereptionem rerum, que in basilica adunathe fuerant, inhiaret, Bertefredus, ascenso equite, ad Veredunensem urbem dirigit. Ibique in oraturio[16], qui in domo aeclesiastica erat, secutari[17] putans, presertim cum et ipsi[18] pontifex Agericus in ac[19] domo resederet. || Sed cum Childeberto rege[20] nunciatum fuisset effu- Col. 432. gisse scilicit[21] Bertefredum, perculsus cordis, ait : « Si hic mortem evaserit, non evadit Godeghiselus manus meas. » Nesciebat tamen rex eum in domo aeclesie ingressum fuisse, sed quasi in regione alia confugisse. Tunc timens Gode-

1. *Corr.* ibi. — 2. *Corr.* tantum. — 3. *Corr.* exercitu. — 4. *Corr.* sicut. — 5. *Corr.* commoti. — 6. *Corr.* homines. — 7. *Corr.* accederent. — 8. *Corr.* potuerant. — 9. *Corr.* preda. — 10. *Corr.* hunc. — 11. *Corr.* montem. — 12. *Corr.* prorupiunt. — 13. *Corr.* Ghodegiselum. — 14. *Corr.* Ibi et. — 15. *Corr.* omnis. — 16. *Corr.* oratorio. — 17. *Corr.* se tutari. — 18. *Corr.* ipse. — 19. *Corr.* hac. — 20. *Corr.* regi. — 21. *Corr.* scilicet.

ghisilus[1], commoto iterum exercitum, domum eclesie[2] cum armatis vallat. Sed cum eum pontifex reddere nequiret[3], sed defensare conaretur, ascendentes supra tectum, eum ab [Fol. 264 v°.] ipsis tegulis ac materiis, quibus || oraturium opertum erat, inlidentes, interficerunt[4]; ibique cum tribus famulis mortuos[5] est. Multum ex oc[6] episcopus dolens, quod eum non [solum defen]sare[7] non potuit, verum eciam locum, in co orare consueverat, in quo sanctorum pignora adgragata[8] fuerant, sanguine humano pollui vidit. Misit autem Childebertus rex cum muneribus, [ut][9] a merore revocaretur; sed noluit consolare. Multi autem his diebus pertimiscentes[10] regem, in aliis regionibus abscesserunt. Nonnulli eciam a primatu ducatus remoti sunt, in corum ordine allii successerunt.

XIII. Gunchramnus[11] vero rex Baddonem, quem pro crimine maiestates superius victum dixemus[12], in presencia sua venire iussit, et transmissum usque Parisius, ait : « Si eum cum idoneis hominibus Fredegundis ab ac[13] accione, qua inpetitur, inmunem fecerit, abscedat liber et quo voluerit eat. » Set[14] veniens Parisius, nullus de parte memorate mulieris adfuit, qui eum idoneum reddere possit[15]. Tunc [Fol. 265.] vinctus et catenis oneratus, sub ardua costo||dia[16] ad Cavelonnensim[17] urbem reductus est. Set[18] postea, intercurrentibus nuntiis, et presertim Leudovaldo Baiogasino pontifici, demissus ad propria rediit. Graviter tunc morbus desentericus apot[19] Metensim[20] sęviebat urbem. His diebus, dum ad occursum regis properimus[21], Wiliulfus[22] civem Pectavum plenum febre, hoc morbo laborantem, in via offendimus, id est Remensim urbem. De qua profectus valde exina- [Col. 433.] nitus, cum ad || urbem Parisiacam cum filio uxoris sue venisset, aput[23] villam Rigoialinsim, facto testamento, defunctus

---

1. *Corr.* Godeghiselus. — 2. *Corr.* ecclesie. — 3. *Corr.* nequiveret. — 4. *Corr.* interfecerunt. — 5. *Corr.* mortuus. — 6. *Corr.* hoc. — 7. *Add. alia manu.* — 8. *Corr.* adgregata. — 9. *Add. alia manu.* — 10. *Corr.* pertimescentes. — 11. *Corr.* Guntchramnus. — 12. *Corr.* diximus. — 13. *Corr.* hac. — 14. *Corr.* Sed. — 15. *Corr.* posset. — 16. *Corr.* custodia. — 17. *Corr.* Cavelonnensem. — 18. *Corr.* Sed. — 19. *Corr.* apud. — 20. *Corr.* Mettensem. — 21. *Corr.* properaremus. — 22. *Corr.* Wiliulfum. — 23. *Corr.* apud.

est. Puer vero, quia et ipsi[1] ab hoc langore[2] tenebatur, obiit; et sic pariter in urbis Pectave delati termino, tumolati sunt. Uxor quoque ipsius Wiliulfi tercio copulatur viro, filio scilicet Beppolini ducis; qui et ipsi duas iam, ut celebre refertur, uxores vivas reliquerat. Erat enim levis adque luxoriosus, et dum nimio ardore furnicacionis[3] artaretur ac, relicta coniuge, || cum famulabis[4] accubarit[5], exorens[6] Fol. 265 v°. legitimum conubium, aliud expectebat[7]. Sic et [se]cunde fecit et huic, cui tercius copolatus[8] est, ignorans, quod currupcio [incorruptio]nem non possedebit[9].

XIIII. Post hec cum Egidius Remensis urbis episcopus de illo crimine maiestates[10], quo superius memorati perempti sunt, suspectus haberetur, cum magnis muneribus ad Childebertum accedens, veniam deprecaturam; prius tamen sacramenta suscipiens in basilicam sancti Remedii, ne aliquid mali in itinere pateretur. Susceptusque a rege, cum pace discessit. Pacem ecia[m] cum Lupo duce obtenuit, quem instinctu eius de Campaniae ducatu supra memoravimus fuisse depulsum. Unde rex Guntchramnus valde in amaritudine excitatus est, eo quod ei promiserit Lupus numquam se cum eodem pacem facturum, quia fuisset regis cognitus inimicus.

XV. Igitur eo tempore in Ispania Richaredus rex conpunctus miseracione divina, convocatis episcopis relegionis[11] sue, ait : « Cur inter vos et sacerdotes illus[12], qui se catholicus[13] dicunt, iugiter scandalum propagatur, et, cum illi || per fidem suam signa multa ostendant, vos nihil tale Fol. 266. agere potestis? Qua de re conveniente, quęso, || simul, et Col. 434. discussis utriusque partis[14] credulitatibus, que vera sunt cognuscamus; et tunc aut accepta illi a nobis racionem, ea credant que dicitis, aut certe vos ab illis veritatem agnu-

1. *Corr.* ipse. — 2. *Corr.* languore. — 3. *Corr.* fornicacionis. — 4. *Corr.* famulabus. — 5. *Corr.* accubaret. — 6. *Corr.* exorrens. — 7. *Corr.* expetebat (e *exponct*). — 8. *Corr.* copulatus. — 9. I. Corinth., 15,50. — 10. *Corr.* maiestatis. — 11. *Corr.* religionis. — 12. *Corr.* illos. — 13. *Corr.* catholicos. — 14. *Corr.* partes.

scentes[1], que predicaverint[2] vos credatis. » Quod cum factum fuisset, congregatis utriusque partibus episcopis, proposuerunt heretici illa, que saepius ab ipsis dicta iam scripsimus. Similiter responderunt episcopi nostrae relegiinis[3] eadem quibus hereticorum partem plerumque victam libris superioribus demustravimus. Et presertim, cum rex diceret, quod nulum signum sanitatis super infirmus[4] ab ereticorum[5] ostenderetur episcopis, ac[6] in memoriam replecaret[7], qualiter tempore genitores[8] sui episcopus, qui se iactabat per fidem nun[9] rectam cecis restituere lumen, tacto ceco et cecitate perpetue damnato, discessisse confuso — quod nos in libro Miraculorum plenius declaravimus, — vocavit ad seursum sacerdotes[10] Dei. Quibus perscrutatis, cognovit unum Deum sub distinccionem coli Fol. 266 v°. personarum trium, id est || Patris et Filii et Spiritus sancti, nec minorem Filium Patri Spirituique sancto, neque Spiritum sanctum minorem Patri vel Fi[li]o, sed in una aequalitate atque omnipotentia hanc Trinitate verum Deum fateri. Tunc intelligens veritatem Richaredus, postposita altercacione, se catolice[11] lege subdidit et, acceptum signaculum beate crucis cum crismatis unccione, credidit Ihesum Christum, filium Dei, æqualem Patri cum Spiritu sancto, regnantem in secula seculorum. Amen. Deinde nuntius[12] mittit at[13] provinciam Narbonimsim[14] qui narran[tes][15] ea quæ ille iesserat, simile credulitate populus illi conecteritur[16]. Erat ibi tunc temporis Arrianae secte episcopus Athalocus[17], qui Col. 435. ita || per propositiones vanas ac interpretaciones falsas Scripturarum aecclesias Dei conturbabat, ut potaretur, quod ipsi[18] esset Arius[19], quem proiecisse in secessum extra, historiograffus narravit Eusebius. Set[20] cum hec populus secte sue credere nun[21] sineret, et ad consenciendum ei paucorum faverit adulatio[22], cummotus felle, ingressus in

1. *Corr.* agnoscentes. — 2. *Corr.* predicaverant. — 3. *Corr.* religionis. — 4. *Corr.* infirmos. — 5. *Corr.* hereticorum. — 6. *Corr.* hac. — 7. *Corr.* replicaret. — 8. *Corr.* genitoris. — 9. *Corr.* non. — 10. *Corr.* sacerdotis. — 11. *Corr.* catholice. — 12. *Corr.* nuntios. — 13. *Corr.* ad. — 14. *Corr.* Narbonemsem. — 15. *Corr.* — 16. *Corr.* conecteretur. — 17. *Corr.* Athalocos. — 18. *Corr.* ipse. — 19. *Corr.* Arrius. — 20. *Corr.* Sed. — 21. *Corr.* non. — 22. *Corr.* adolatio.

cellolam suam, inclinato super lectulum capite, nequam spiritum exalavit. || Sicque hereticorum populus in ipsa Fol. 267. consistens provincia inseparabilem Trinitatem confessus, ab errore discessit.

XVI. Post hec Richardus legacionem ad Guntcramnum[1] atque Childebertum regem direxit pacis graciavit[2] scilicit[3], sicut in fide se adserebat unum, ita et caritate praestaret unitum. Set a[4] Guntcramno[5] [rege][6] repulsi sunt, dicente : « Quale mihi fidem promittere possunt, aut quemadmodum a me credi debent, qui neptem meam Ingundem in captivitatem tradiderunt, et per eorum insidias et vir eius interfectus est, et ipsa in peregrinacione defuncta? Non recipio ergo legacionem Richari, donec me Deus ulcisci iobet[7] de ihs[8] inimicus[9]. » Hec legati [audientes], ad Childebertum proficiscuntur; a quo et in pace suscepti sunt, dicentes : « Vul[10] se domnus noster, frater tuus, Richaridus[11] de oc[12] crimine exuere, quod ei inponitur, quasi in mortem sorores[13] vestre constium fuisse; quod aut sacramentum vultis, aut qualibet conditionem, idoneos[14] reddi potest. Deinde, datis gratis gracia vestra || decem milibus solidorum, caritatem Fol. 267 v°. vestram habere desiderat, ut et ille vestro utatur solacio, et vos eius, ubi necesse fuerit, beneficia potiamini. » Haec illis dicentibus, promisserunt Childebertus rex et mater eius pacem et caritatem cum ipso et integre custoditoros[15]. Acceptisque ac datis muneribus, || addiderunt legati : « Iussit Col. 436. etiam dominus noster ponere verbum in auribus vestris de filia sive sorore vestra Chlodosinda, ut ei tradatur in matrimonio, quo facilius pax, que inter vos promittetur[16], confirmitur[17]. » Quid dixerunt : « Promissio nostra ex oc[18] habile dabitur, sed sine patrui nostro Guntchramni regis consilio facere non audemus. Promissum enim abemus[19] de maioribus causis nihil sine eius consilio agere. » Accepto itaque responso, reddierunt[20].

1. *Corr.* Gunthcramnum. — 2. *Sic, pro* gratia ut. — 3. *Corr.* scilicet. — 4. *Corr.* Sed ad. — 5. *Corr.* Guntchramno. — 6. *Add.* — 7. *Corr.* iubet. — 8. *Corr.* his. — 9. *Corr.* inimicis. — 10. *Corr.* Vult. — 11. *Corr.* Richaredus. — 12. *Corr.* hoc. — 13. *Corr.* sororis. — 14. *Corr.* idoneus. — 15. *Corr.* custodituros. — 16. *Corr.* promittitur. — 17. *Corr.* confirmetur. — 18. *Corr.* hoc. — 19. *Corr.* habemus. — 20. *Corr.* redierunt.

XVII. Eo anno verno tempore pluvie valide fuerunt, et cum iam vel arbores vel viae[1] frondoissent[2], nix decidua cuncta operuit. Subsequente quoque gelo[3] tam palmitis[4] vinearum quam reliqui ostensi fructus incensi sunt. Tan- Fol. 268. tusque rigor fuisse visus est, ut etiam || erundines[5] alites, quę de externis regionibus venerant, vi algores[6] extinguerentur. Illut[7] etiam admirabile fuit, quod, ubi numquam gelo[8] nocuit, tunc omnia abstulit, et ibi, ubi consuerat[9] ledere, non accessit.

XVIII. Brittani quoque inruentes in terminum Namnitico[10], praedas egerunt, pervadentes villas et captivus[11] abducentes. Quod cum Guntchramno rege perlatum fuisset, iussi[12] comoveri exercitu, dirigens illuc nontium, qui eis loqueretur, ut componerent cuncta que male gesserant, aut certe noverint, se gladio casurus[13] ab exercitu eius. At ille[14] timentes promittunt se omnia que male gesserant emendare. His auditis, rex dirigit illuc legationem, id est Namatium Aurilianinsim episcopum et Berteramnum Cinomanensem episcopum com[15] comitibus et aliis viribus magnifices[16]. Adfuerunt etiam et de regno Chlotharii, Chilperici regis filii, viri magnifici; qui euntes in termino Namnitico[17], locuti sunt cum Warocho et Vidimacle omnia que rex prae- Col. 437. ciperat. Ad || illi dixerunt : « Scimus || et nos, civitates istas Fol. 268 v°. Chlotharii regis filiis redebere, et nos ipsis debere esse subiectus[18]; tamen que contra racionem gessimus cuncta cumponere nun[19] moramur. » Et datis fedeiussoribus[20] adque subscriptis cautionibus, promisserunt se singula milia solidorum Guntchrano regi et Chlotario[21] in conposicionem daturus[22], promittentes numquam terminum civitatum illarum ultra adgresserus[23]. His ita conpositus[24], regressi sunt reliqui et nunciaverunt regi que gesserant. Namatius

1. *Corr.* vineae. — 2. *Corr.* fronduissent. — 3. *Corr.* gelu. — 4. *Corr.* palmites. — 5. *Corr.* erundinis. — 6. *Corr.* algoris. — 7. *Corr.* illud. — 8. *Corr.* gelu. — 9. *Corr.* consueverat. — 10. *Corr.* Namnetico. — 11. *Corr.* captivos. — 12. *Corr.* iussit. — 13. *Corr.* casuros. — 14. *Corr.* illi. — 15. *Corr.* cum. — 16. *Corr.* viris magnificis. — 17. *Corr.* Namnetico. — 18. *Corr.* subiectos. — 19. *Corr.* non. — 20. *Corr.* fideiussoribus. — 21. *Corr.* Chlothario. — 22. *Corr.* daturos. — 23. *Corr.* adgressuros. — 24. *Corr.* conpositis.

vero episcopus, dum, receptis villis infra te[r]minum Namnetice urbis, quod olim parentes eius perdiderant, ibidem moraretur, pusule male ei tres oriuntur in capite. Ex hoc valde confectos[1] tedio, dum ad civitatem suam reverti cupiret, infra Andęgavenses[2] terminum spiritum exalavit. Corpusculum eius ad urbem suam dilatum[3], in basilicam sancti Aniani confessores[4] sepultum est. In cuius cathedram Austrinus, Pastores quondam filius, subrogatur. || Warocus [Fol. 269.] vero oblitus sacamenti[5] et cautionis sue, omnia postposuit, que promisit, vineas Namneticorum abstullit, et vindimiam coligens[6], vinum in Vinitico[7] transtullit. Ex hoc iterum rex Gunthramnus valde furens, exercitum commovere iussit, sed quievit.

XVIIII. Bellum vero illud, quod inter cives Toronicus[8] superius diximus terminatum in rediviva rursum insania surgit. Nam Sicharius, cum post interfectionem parentum Cramsindi[9] magnam cum eo amiciciam patravissed, et in tantum se caritate mutua diligerent, ut plerumque simul cibum caperent ac in uno pariter stratu recumberent, quandam die cenam sub nocturno tempore preparat Chramsindus, invitans Sicharium ad epulum suum. Cum[10] veniente, resident pariter ad convivium. Cumque Sicharius crapulatus a vino multa iactaret in Cramsindo[11], ad extremum || dixisse [Col. 438.] fertur : « Magnas mihi debes referre grat[es], o dulcissime frater, eo quod interficerem parentes tuos, de quibus accepta composicione, aurum argentumque superabundat[12] || in do- [Fol. 269 v°.] mum tuam, et nunc nudus essis[13] et egens, nisi hec te causa paululum roborassit[14]. » Hec ille audiens, amare suscepit animo dicta Sichari, dixitque in corde suo : « Nisi ulciscar interitum parentum meorum, amitteri[15] nomen viri debeo et mulier infirma vocare. » Et statim extinctis luminaribus, caput Sichari seca dividit. Qui parvolam[16] in ipso

---

1. *Corr.* con fectus. — 2. *Corr.* Andęgavensis. — 3. *Corr.* delatum. — 4. *Corr.* confessoris. — 5. *Corr.* sacramenti. — 6. *Corr.* colligens. — 7. *Corr.* Venetico. — 8. *Corr.* Toronicos. — 9. *Corr.* Chramsindi. — 10. *Corr.* Quo. — 11. *Corr.* Chramsindo. — 12. *Corr.* superhabundat. — 13. *Corr.* esses. — 14. *Corr.* roborasset. — 15. *Corr.* amittere. — 16. *Corr.* parvulam.

vitae terminum[1] vocem emittens, cecidit et mortuus est. Pueri vero, qui cum eo venerant, dilabuntur. Cramsindus[2] exanimum corpus nudatum vestimentis adpendit in sepis stipite, ascensisque aequitibus eius, ad regem petiit; ingressusque aeclesia[3], ad pedes prosternetur regis, dicens : « Vitam peto, o gloriose rex, eo quod occiderim omines[4], qui, parentes meus[5] chlam interfectis, res omnes diripuerunt. » Cumque, expositis per ordinem causis, regina Brunechildis graviter accipisset, eo quod in eius verbo Richa-
Fol. 270. rius positus taliter fuerat inter||fectus, frendere in eum coepit. Et ille, com[6] vidissed eam adversam sibi, Vosagensim teriturii Biturgi pagum expetiit, in co[7] et eius parentes degebant, eo quod in regno Guntheramno[8] regis haberetur. Tranquilla quoque, conius[9] Sicharii, relictis filiis et rebus viri sui in Toronico sive in Pectavo, ad parentes suos Mauriopes vicum expetiit; ibique matremonio[10] copulata est. Obiit autem Sicharius quasi annorum XX. Fuit autem in vita sua levis, ebriosus, homicida, qui nonnullis per ebrietatem iniuriam intullit. [Chramsindus vero iterum ad regem abiit;] iudicatum est ei, ut convincerat super se eum interfecisse. Quod ita fecit. Sed quod, ut diximus, regi[na] Brunecihldis in verbo suo posuerat Sicharium, ideoque res
Col. 439. huius confischari prece||pit; sed in posterum a Flaviano domestico reddite sunt. Sed et ad Aginum properans, epistolam eius elicuit, ut a nulo[11] contingeretur. Ipse[12] enim res eius a regina concessum fuerat.

Fol. 270 v°. XX. Anno igitur[13] quoque tercium[14] decimo regis || Clideberthi, cum ad ocursum eius usque Metensem urbem properassimus[15], iussi summus[16] ad Guntchramnum regem ad[17] legacionem accedere. Quem aput[18] urbem Chavelonensem repperimus, dicentes : « Salutem uberrimam mittit tibi gloriosissimus nepus tuus Childebertus, o inclite rex, inmin-

1. *Corr.* termino. — 2. *Corr.* Chramsindus. — 3. *Corr.* aecclesia. — 4. *Corr.* homines. — 5. *Corr.* meos. — 6. *Corr.* cum. — 7. *Corr.* quo. — 8. *Corr.* Guntheramni. — 9. *Corr.* coniux. — 10. *Corr.* matrimonio. — 11. *Corr.* nullo. — 12. *Corr.* Ipsi. — 13. *erasum.* — 14. *Corr.* tercio. — 15. *Corr.* properassemus. — 16. *Corr.* sumus. — 17. *erasum.* — 18. *Corr.* apud.

sas [1] referens gracias pietate tue, quod ad te iugiter commonetur, ut ea agat, que et Deo placeat [2] et tibi sit accepta et populo congrua. De is vero que locuti simul fuistis omnia implere promittit, nec quiquam [3] se de paccionibus, que inter vos conscripte sunt, inrumpere pollicetur. » Et rex ad hec : « Non similiter ego gracias ago, quod taliter inrumpitur, quod mihi promissum est. Pars mea de urbe Silvanectensi nun reddetur [4]; homines, quos pro utilitate mea, quia mihi infinsi [5] erant, migrare volui, non permiserunt. Et quomo[do] [6] dicetis, quod nihil de paccionibus scriptis transcendere vult dulcissimus nepus meus? » Et nos ad hec : « Nihil vult con||tra pacciones agere illas, sed omnia inplere Fol. 271.
promittit, ita ut de presenti, si ad divisionem Silvanectensim vis mittere, nec tardetur; statim recipies tuum. De ominibus vero, quos dicites [7], nomina scripta tradantur, et omnia que promissa sunt implebuntur. » Haec nobis loquentibus, paccionem ipsam religi [8] rex coram adstantibus iubet.

EXEMPLAR PACCIONES. *Cum in Christo nomen precellen-||tissimi domni [9] Guntchramnus et Childebertus regis vel glorio-* Col. 440.
sissima domna Brunechildis regina Andelao caritates studio convenissent, ut omnia, que undecumque inter ipsis scandalum poterat generare, pleniore consilio definirent, id inter eos, mediantibus sacerdotibus atque proceribus, Deo medio, caritates [10] studio sedit, placuit atque convenit, ut, quamdiu eos Deus omnipotens in presenti seculo superesse voluerit, fidem et caritatem puram et simplicem sibi debeant conservare. Similiter, quia domnus || Guntchramnus iuxta paccio- Fol. 271 v°.
nem, quam com [11] bonae memorie domno Syghiberto inierat, integram porcionem, que de rigno [12] Chariberthi ille fuerat consecutus, sibi diceret integrum redebere, et pars domni Childeberti ea que pater suos [13] possiderat ad se vellit ex omnibus revocare, id inter ipsus [14] constat fexa [15] delibera-

1. *Corr.* immensas. — 2. *Corr.* placeant. — 3. *Corr.* quicquam. — 4. *Corr.* redditur. — 5. *Corr.* infensi. — 6. *Corr.* quomodo. — 7. *Corr.* dicitis. — 8. *Corr.* relegi. — 9. *Ms* dom̄. — 10. *Corr.* caritatis. — 11. *Corr.* cum. — 12. *Corr.* regno. — 13. *Corr.* suus. — 14. *Corr.* ipsos. — 15. *Corr.* fixa.

cione finitum, ut illam terciam porcionem[1] de Parisius civitatem cum terminibus et populo suo, quae ad domnum Sygibertum de regno Cariberthi conscripta paccione pervenerat, cum castellis Duno vel Vindocino, et quicquid de pago Stampinse vel Carnotino in pervio illo antefatus rex cum terminibus et populo suo perciperat, in iure et dominacione domni Guntchramnum, cum id cum supersteti[3] domno[2] Sygyberthe de regno Chariberthi antea tenuit, debeant perpetualiter permanere. Pari condicione civitatis Meldus et duas porciones de Silvanectis, Thoroniis, Pectavis, Abrincatis, Vico Iulio, Con-

Fol. 27

sorannis, Laburdo et Albige domnus Childebertus rex cum terminibus a praesenti die sue vindicit[4] potestate. Ea igitur

Col. 441.

condicione servata, ut, quem Deus de ipsis regibus superstitem esse praeciperet, regnum illius, que habsque[5] filiis de praesentis seculi luce migraverit, ad se integritate iuro perpetuo debeat [illegible] et posteris suis. Domino auxiliante, [illegible] Illud specialiter placuit per omnia inviolabiliter [illegible], ut quicquid domnus Guntchramnus rex filie sue [illegible] [1]. Deo auxiliante, contullerit, in omnibus rebus atque corporibus, tam civitates, [illegible] ipsius debeant [illegible] speciebus atque [illegible] cuiquam con- [illegible] conservetur, [illegible] convellatur, et [illegible] omnia, [illegible] possidentem, sub [illegible] possidere. Pari condicione [illegible] ut, sicut [illegible] nec [illegible] Childebertum [illegible] suus [illegible] voluerit, [illegible], ita ut

[illegible] superstite. — 4. Car. vindi- [illegible] — 5. Carr. [illegible] — [illegible] Car. Deus.

regnum patris eorum sub omni solitate[1] *possedeant; et genetricem domni Childeberthi, domnam Brunichildem reginam, vel filiam eius Chlodosindam, germanam domni Childeberthi regis, quamdiu intra regionem Francorum fuerat, vel eius reginam Faileubam tamquam sororem bonam, et filias in sua tuicione et defensione spiritali dilectione recipiat, et sub omni honore et dignitate cum homnibus rebus earum, cum civitatibus, agris, reditibus vel cuntis tiltulis*[2] *et omne corpore facultatis, tam || quod presenti videntur tempore possedere, quam quod adhuc Christo praesole iuste potuerint augmentare, sub omni securitate et quiete possedeant, ut, si quit de agris fiscalibus vel speciebus || atque presidio pro arbitrii sui volumtate facere aut cuiquam conferre voluerent*[3], *fixa stabilitate in perpetuo conservetur, nec a quibuscumque voluntas illarum ullo tempore convellatur. De civitatibus vero, hoc est Burdegala, Lemovecas*[4], *Cadurcus, Benarno et Begorra, quae Gailesoinda, germana domne Brunichilde, tam in dote quam in morganegyba*[5], *hoc est matutinale donum, in Francia veniens certum est adquisisse, quas etiam per iudicium domni Guntchramni regis vel Francorum, superistetebus*[6] *Chilpericum et Sigyberthum regem, domna Brunichildis nuscitur adquisisse, ita convenit, ut Caturcus civitatem cum terminibus et cuncto populo suo domna Brunichildes*[7] *de presenti in sua potestate percipiet, reliquas vero civitates ex hac condicione superius nominatus domnus Guntchramnus, dum advivit, possedead*[8], *ita ut quandoquidem post eius transitum in dominacione domne Brunichilde heredumque suorum com omni soliditate Deo propicio revertantur, nec superstite domno Gunchramno*[9] *neque ad domnam Brunechildem || neque a filio Childeberthi regi filiisque suis quolibet ingenio vel tempore repetantur. Simile modo*[10] *convenit, ut Silvanectis domnus Childebertus in integritate teneat, et quantum terciam domni Guntchramni exinde debita competit, de terciam domni Childeberthi, que*

Col. 442. Fol. 273. Fol. 273 v°.

1. *Corr.* soliditate. — 2. *Corr.* titulis. — 3. *Corr.* voluerint. — 4. *Corr.* Lemovicas. — 5. *Corr.* morganigyba. — 6. *Corr.* superistitibus. — 7. *Corr.* Brunichildis. — 8. *Corr.* possedeat. — 9. *Corr.* Guntchramno. — 10. *Corr.* modi.

est in Rotbontinse[1], *domni Gunthchramni partibus conpensetur. Similiter convenit, ut secundum paccionis*[2] *inter domnum Gunthchramnum et boni memorię domnum Sigyberthum initas leudes illi, qui domnum Gunthchramnum post transitum domni* || Col. 443. *Chlotharii sacramenta primitus prebuerunt, et, si postea convincuntur se in parte alia tradidisse, de locis ubi cummanere videntur convenit ut debeant removeri. Similiter et qui post transitum domni Chlotharii convincuntur domnum*[4] *Sygyberthum sacramenta primitus prebuisse et se in alia parte transtulerunt, modo simile removantur. Similiter quicquid antefati regis eclesiabus*[5] *aut fidelibus suis contulerunt aut adhuc conferre cum iusticiam Deo propiciante voluerint, stabiliter conservetur.* || Fol. 27v. *Et quitquit*[6] *unicuique fidelium in utriusque regno per legem et iusticiam redebetur, nullum praeiudicium patiatur, sed liceat res debetas possedere; et si aliquit cuicumque per interregna sine culpa tulit* [illegible] *restauretur. Et de id, quod per* [illegible] *usque transitum* [illegible] *domni Chlothari regis possedit, cum* [illegible] *fidelibus personis ab*[illegible] [illegible] *Et* [illegible] *inter prefatus reges* [illegible] *inligata*[8], *con*[illegible] [illegible] *tam pro causis* [illegible] *ambulare, per*[illegible] [illegible] *convenit, ut nul*[illegible] [illegible] *excipiat. Quod* [illegible] *crediderit* [illegible] *videantur. Hoc* [illegible] *presenti* [illegible] *trans*[illegible] [illegible] *in pre*[illegible] [illegible] *inviolabiliter* [illegible] *sacramentorum obli*[illegible] [illegible] *definitis,*

[illegible] Sygiberthum. — 4. [illegible] — 7. Carr. prefatos. [illegible] pars. — 11. Carr. illo.

iurant partes per Dei omnipotentes[1] *nomen et inseperabilem Trinitatem vel divina omnia ac tremendum diem iudicii, se omnia que superius scripta sunt abque*[2] *ullo dolo, malo vel fraudis ingenio inviolabiliter servaturus*[3]. *Facta pacione sub die IIII. kalendas decembris, anno XXVI. regnum domni Guntchramni*[4] *regi, domni Childeberti*[5] *vero XII. anni.*

(XXI.) Lectis igitur pacionibus[6], ait rex : Iudicio Dei ferear[7], si de his quicquam transcendoro[8], que hic contenentur[9]. Et conversus ad Filicem, qui tunc nobiscum legatus advenerat, ait : « Dic, o Filex[10], iam enim plenissime conexuistis amicicias inter sororem meam Brunichildem et inimicam Dei atque ominum Fredegundem ? » Quo neganci[11], ego dixi : « Non dubitet rex, quia illæ amiciciæ intereasdem costodiuntur[12], que ante hos annus[13] plurimus[14] sunt legati. || Nam certe scias, quia odium, quod inter illas olim Fol. 275. statum[15] est, adhuc pollulat, non arescit. Utinam tu, o rex gloriosissime, minus cum eam caritatem haberes ! Nam, ut sepe cognovimus, dignius eius legacionem quam nostram excepis[16]. » Et ille : « Scias, inquid, sacerdus[17] Dei, quia sic eius legacione suscipio, ut caritatem nepotis mei Childeberthi regis non omittam. Nam ibi amicicias legare[18] non possum, de qua saepius processerunt, qui mihi vitam presentem auferrent. » Hæc eo dicente, Filex[10] ait : « Pervenisse ad gloriam vestram credo, quod Richardus legacionem ad nepotem vestrum direxit, qui nepotem vestram Chlodosuindam, filiam fratri vestri, ei in matrimonio postolaret. Sed ille absque vestro consilio nichil exinde promittere voluit. » Rex ait : « Non est optimum enim, ut illuc neptes || mea ambulet, quod soror sua est interfecta. Sed nec Col. 445. illud racionabiliter conplacet, ut non ulciscatur mors neptis meae Ingunde. » Filex[10] respondit : « Multum se exinde excusare volunt aut sacramentis, aut quibuslibet aliis condi-

1. — *Corr.* omnipotentis. — 2. *Corr.* absque. — 3. *Corr.* servaturos. — 4. *Corr.* Gunthchramni. — 5. *Corr.* Childeberthi. — 6. *Corr.* paccionibus. — 7. *Corr.* feriar. — 8. *Corr.* transcendero. — 9. *Corr.* continentur. — 10. *Corr.* Felix. — 11. *Corr.* neganti. — 12. *Corr.* custodiuntur. — 13. *Corr.* annos. — 14. *Corr.* plurimos. — 15. *Corr.* statutum. — 16. *Corr.* excipes. — 17. *Corr.* sacerdos. — 18. *Corr.* ligare.

Fol. 275 v°. cionibus iusseretis[1]; tantum vos consensum praebete, || ut ei Chlodosoinda, sicut postulat, disponsetur. » Rex ait : « Si enim nepus meus implet, que in pactionibus conscribi voluit, et ego de is[2] facio voluntatem eius. » Promittentibus nobis eum omnia impleturum, adiecit Filex[3] : « Deprecatur etiam pietatem vestram, ut ei solacium contra Langobardus[4] tribuatis, qualiter expulsi de Italia, pars illa, quam genitor suus vindicavit vivens, ad eum revertatur, reliqua vero pars per vestrum suumque solacium imperatoris dicionibus restituatur. » Respondit rex : « Non, inquid, possum in Italiam exercitum meum dirigere, ut ultro eos morti tradam. Gravissimea[5] enim lues Italia nunc devastat. » Et ego : « Indecastis[6] enim nepoti vestro, ut omni regni sui episcopi in unum convenerent[7], quia multa sunt, que debeant indegare[8]. Sed iusta consuetudinem canonum placebat gloriosissimo nepoti vestro, ut unusquisque metropolis cum provincialibus suis coniungeretur, et tunc, que inracionabiliter in regione propria fiebant, sanccione sacerdotali emendarentur. Que enim causa extat, ut in unum ||
Fol. 276. tanta multitudo conveniat? Æclesiæ fides periculo ullo non quatitur; heresis nova nun[9] surgit. Quæ erit ista necessitas, ut tanti debeant in unum coniungi domni sacerdotes? » Et ille[10] : « Sunt multa, » inquid, « quæ debeant discerni, quæ iniuste gesta sunt, tam de incestis, quam de ipsis quæ inter nos agantur causis. Sed prçcipuę illa Dei causa extat omnibus[11] maior ut inquerere[12] debeatis, cur Pretextatus episcopus gladio in æclesiæ fuerit interemtus. Sed et de his, qui pro luxoriam curantur, debetis se[13] discussio, ut aut victi sanctione sacerdotali debeant æmendari, aut certe, si innocentes inveniuntur, publice error criminis auferatur. » Tunc iussit, ut in Kalendis mensis IIII. hæc sinodus prolon-
Col. 446. garetur. Et his dictis, ad hæclesiam[14] || processimus; erat henim[15] dies illa dominice resereccionis[16] solempnitas. Dic-

1. *Corr.* iusseritis. — 2. *Corr.* his. — 3. *Corr.* Felix. — 4. Langobardos. — 5. *Corr.* gravissime. — 6. *Corr.* Indicastis. — 7. *Corr.* convenirent. — 8. *Corr.* indicare. — 9. *Corr.* nunc. — 10. *Corr.* illę. — 11. *Corr.* in omnibus. — 12. *Corr.* inquirere. — 13. *Sic, pro* debet esse. — 14. *Corr.* æcclesiam. — 15. *Corr.* enim. — 16. *Corr.* resurrectionis.

manus eius in huius preceptione scripta. In hac igitur causa primum episcopus fallax reppertus est. Post hae[1] epistulae[2] prolatę sunt, in quibus multa de inproperiis Brunichildis taenebatur, que ad Hilpirico scripte[3] fuerant, similiter et Hilperiti[4] ad episcopum dilate, in quibus inter reliqua habebatur insertum, quia : « Si radix cuiuslibit[5] rei incisa non fuerit, culmis, qui terris est editus, non ariscit[6]. » Unde prorsus manifestum est, ideo hec scripta, ut, superata Brunihilde, filius eius obpremerętur. Negavit se episcopus has epistulas[7] vel mississe suo nomine vel suscepisse a rescriptum Hilperici[8]. Sed puer eius familiaris adfuit, qui hec notarum titulis per thomus[9] chartarum conprehensa tene- Fol. 328. bat, unde non dubium fuit resedentibus, haec ab eodem || Col. 313. directa. Deinde prolate sunt pactionis[10] quasi ex nomine Hildeberti ac Hilperici regis, in quibus tenebatur insertum, ut, eiecto Gunthramno rege, hi[11] duo regis[12] inter se aeius regnum urbisque dividerint[13], sed negavit hec rex cum suo factum consilio, dicens, quia : « Tu commisisti patruos meos, ut inter illos bellum civile consurgeret, unde factum est, ut commotus exercitus Bituricas urbem, pagum Stampensem, vel Mediolensem castrum atterrirent atque depopularent. In quo bellum multi interempti[14] sunt quorum, puto, animę erunt Deo [illegible] tuis manibus requirende. » Hęc episcopus negare [illegible]. Scripta enim ista in regestum Hilperici [illegible] reperta ac [illegible] interempto[15] Hilperico, [illegible] ablati ad eun- [illegible] causis altercatio [illegible] basilicae sancti [illegible] sue[illegible]sque mul- [illegible] acceptisset. [illegible] autem ad memo- [illegible] solus

[illegible] — Hilperici. [illegible] — 1. [illegible] ni. — 12. [illegible] intremptum. — 13. [illegible]

cum eodem diutius collocutus est; de quibus verbis nihil intelleximus, nisi supradictae excidii persecutionem in posterum || cognuscentes[1]. » Hęc eo negante, abba, qui fuerat (Fol. 328 v°.) semper in his consiliorum archanis particeps, locum hominemque denominat, ubi et qui aurius, quos diximus, detullisset; et qualiter de excidio regionis ac regis Gunthramni conventi fuerat, ut iestum est, ex ordine denarravit. Que et illę convictus deinceps est confessus. Hęc audientes episcopi qui evocati fuerant, et in tantis malis sacerdotem Domini contuentes fuisse satillitem, suspirantes de his triduani temporis spatium deprecantur tractandi, scilicet ut forsitan resipiscens Ęgidius ullum modum repperire possit, per quem se ab his no||xis[2], que æi obiciebantur, excussare valerit[3]. (Col. 514.) Sed inluciscente dię tertia, convenientes in eclesia[4], interrogant episcopo, si aliquid excusationis[5] haberit[6], edicerit[7]. At ille confusus ait : « Ad sententiam dandam super culpabilem ne morimini[8], nam ego novi, me ob crimen maiestatis reum essę mortis, qui semper contra utilitatem huius regis matrisque eius alii[9], ac per meum consilium multa fuisse gesta certamina, quibus nonnulla Gallearum loca depopulata sunt. » Hęc episcopi audientes ac lamentantes f[r]atres obproprium, obtenta vita, ipsum ab urdine[10] sacerdotali, lectis canonum sanctionibus, removerunt. Qui statim ad Argentoratensem urbem, quam nunc Stradeburgum vocant, deductus, exilio condemnatus est. In cuius locum Romulfus, filius Lupi duces, || iam presbiterii honore preditus, (Fol. 329.) episcopus subrogatus est, Æpifanio abbatis offitio, qui basilicæ sancti Remegii preerat, remoto. Multa enim auri argentique in huius episcopi regestum(us)[11] pondera sunt reperta. Que autem de illa iniquitatis malitia[12] erant, regalibus tesauris sunt inlate; que autem de tributis aut reliqua ratione ecclesie inventa sunt, inibi relicta.

XX. In hoc sinodo Basina, Hilperici[13] regis filiam, quam

---

1. *Corr.* cognoscentes. — 2. *Corr.* noxiis. — 3. *Corr.* valeret. — 4. *Corr.* ecclesia. — 5. *Corr.* excusationes. — 6. *Corr.* haberet. — 7. *Corr.* ediceret. — 8. *Corr.* moremini. — 9. *Sic, pro* abii. — 10. *Corr.* ordine. — 11. *Corr.* reges tumulus. — 12. *Sic, pro* militia. — 13. *Corr.* Chilperici.

supra cum Chrodielde[1] a communione remotam diximus, coram episcopis sola prostrata, veniam petiit, promittens se cum caritate abbatissę monasterium ingredi ac de regulam nihil transcindere[2]. Chrodieldis[3] autem obtestata est, quod Leobovera abbatissa in hoc monasterium commorante, ibidem numquam inerederetur[4]. Sed utrisque rex veniam inpertire deprecatus est, et sic in communione receptae, Pectavo regredi iussæ sunt, scilicet ut Basina in monasterio, ut prefacti[5] sumus, regrediretur[6]; Chrodieldis[7] vero in villa, que quondam Waldonis superius memorati fuerat, sibi a rege concessa, resederet.

Col. 515. XXI[8]. Filii autem ipsius Waddonis || per Pectavum vagantes, diversa committæbant scelera, homicidia, furta nonnulla.
Fol. 320 v°. Nam inruentes ante hoc tempus || super negutiatores[9], sub noctis obscuritate eos gladio trucidant, abstuleruntque res eorum; sed et alium tribunitie[10] potestatis virum circumventum doliis[11] interfecerunt, deripientes ræs eius. Quod cum Macco comes reprimere[12] nitirętur[13], hi[14] presentiam expectunt[15] regis. Eunte autem comite, ut debitum fisco servitium solite deberet inferre, adfuerunt et hi[16] coram regi, offerentes balteum magnum ex auro lapidibusque pretiosis ornatum gladiumque mirabile, cuius capulum ex gemmis Hispanis auroque dispositum erat. Cumque rex hęc scelera, que audierat, ab his cognovisset manifestissimi[17] perpetrata, vinti[18] eos catenis precepit ac turmentis[19] subdi. Qui dum torquerentur, thesaurus[20] patris absconditus[21], quos de rebus unde valde[22] superius memorati pater diripuerat, revelare[23] ceperunt. Nec mora, directi viri ad querendum, inmensam multitudinem auri argentique ac diversarum specierum et auro gemmisque exornatarum repperirunt,

[illegible] transcendere. — 3. Corr. Chrodihildis. — [illegible] ingrederetur. — 5. Corr. prefati. — 6. Corr. [illegible] XX. — 9. Corr. negotia- [illegible] 12. Corr. repremire. — 13. [illegible] spectunt. — 16. Corr. hii. — [illegible] tormentis. — 20. Corr. [illegible] fandovaldi. — 23. Corr. [illegible]

quod thesauris regalibus intulerunt. Post hec, seniore capite plexo, iuniorem exilio damnaverunt.

XXII[1]. Chuldericus vero Saxso[2] post d[i]versa scelera, homicidia, seditiones multaque alia inproba, que gessit ad Austiensem urbem, in qua possessio uxores[3] erat, abiit[4]. Cumque rex, auditas eius inprobitates, iussisit eum interfeci, quadam nocte || ita crapulatus est vino, ut ab eo suffo- Fol. 330. catus, mortuos[5] in strato[6] suo repperiretur. Adserebant enim illud superius scelus nominatum, quod sacerdotes Domini in basilicam sancti Helari[7] per Chrodieldem[8] cæsi sunt, hunc fuissę signiferum; ultusque est Deus, si ita est, iniuria servorum. ||

XXIII[9]. In hoc autem anno tantas terras nocturno tem- Col. 516. pore splendor inluxit, ut mediam putares [diem]; sed et globi similiter ignei pernocti tempore sæpius per celum cucurrissę mundumque inluminasse visi sunt. Dubietas pascę fuit ob hoc, quod in cyclum Victuri luna XV. pascham scribsit fieri. Sed ne christiani, ut Iudei, sub ac[10] luna hęc solemnia celebrarent, addidit : *Latini autem luna XXII.* Ob hoc multi in Galleis XV. luna celebraverunt; nos autem XXII. Inquesimus[11] tamen studiosae, sed fontes Hispanie, que divinitus implentur, in nostrum pascha repleti sunt. Terre motus factus est magnus XVIII. kalendas mensis V., die IIII., prima mane, cum lux redire cepisset. Eilypsim[12] pertulit mense VIII. mediante, et ita lumen eius minuit, ut vix quantum quinte lunę cornuę retinent, ad lucendum haberet. Pluvię validae, tonitrua in autumno gravia, aquę autem || Fol. 330 v°. nimium invaluerunt. Vivariensim[13] Avennicamque urbem graviter lues inguinaria devastavit.

XXIIII. Anno igitur XVII. Hildeberti[14], Gunthramni autem

1. *Corr.* XXI. — 2. *Corr* Saxo. — 3. *Corr.* uxoris. — 4. *Corr.* habiit. — 5. *Corr.* mortuus. — 6. *Corr.* stratu. — 7. *Corr.* Helarii. — 8. *Corr.* Chrodihildem. — 9. *Corr.* XXII. — 10. *Corr.* hac. — 11. *Corr.* Inquisimus. — 12. *Sic, pro* Sol eclypsim. — 13. *Corr.* Vivariensem. — 14. *Corr.* Childeberti.

XXX regum, quidam episcopus de transmarinis partibus a[d] Toronicam urbem advenit nomine Symon. Hic nobis eversionem Antiohtie urbis enuntiavit, adserens se de Arminia in Persiva[1] captivatum fuisse. Rex enim Persarum, inrupto Arminiorum termino, predas egit eclesiasque igne succendit et hunc sacerdotem cum populo suo, ut diximus, captivum abduxit. Tunc etiam et basilica Sanctorum quadraginta octo Martyrum, de quibus in libro Miraculorum memini, qui in illa regione passi sunt, obpleta ligni congeriȩ, picȩ
Col. 31v. tergoribusque suellinis inmixtis, subpositis arden||tibus facibus, succendere nisi sunt: sed nequaquam ab igne apparatum incendii conprehendi[t]; sicque videntis magnalia Dei, recesserunt ab ea. Audita autem quidam episcopus istius memorati sacerdotes[2] abductionem, direxit pretium per homines suos ad regem Persarum. Quod ille susceptum, relaxavit a servitutis vincolum[3] episcopum istum. Ex is[4] ergo regionibus discendens, Gallias est adgressus, ut aliquid consolationis a devotis acceperet[5]; qui[d] nobis, ut prefati
Fol. 331. sumus superius, hec retulit. Homo erat in Antihoti[6] || vald[7] devotus in elimosinis, coniugem ac liberos habens, ne umquam ei in omni vita sua dies preteriit, postquam quiddam proprium habere coepit, quod sine paupere aepulum prelibasset. Hic una die, cum circuissit[8] urbem usque ad vesperum et repperire non potuisset egenum, cum quo cybum capere possit, egressus foris portam, cum nox inueret[9], repperet[10] virum in veste alba cum dubus[11] aliis stantem, quam aspiciens, quasi Loth ille antiqua memoratus historiam[12] terrore suffusus, ait : « Et forsitan peregrinus est dominus meus; dignitur[13] accedere ad domum servi sui, et sumpto aebulo[14], quiescite in strato; manoe[15] autem proficiscimini viam, quam volueritis. » Cui illi[16], qui erat senior, tenens sudarium i[n][17] manu sua, ait : « Non poteras,

1. *Corr.* Persida. — 2. *Corr.* sacerdotis — 3. *Corr.* vinculum. — 4. *Corr.* his. — 5. *Corr.* acciperet. — 6. *Corr.* Anthihotia. — 7. *Corr.* valde. — 8. *Corr.* circuisset. — 9. *Corr.* inrueret. — 10. *Corr.* repperit. — 11. *Corr.* duobus. — 12. *Gen.* 19. — 13. *Corr.* dignitur. — 14. *Corr.* aepulo. — 15. *Corr.* mane. — 16. *Corr.* ille. — 17. *Corr.* in.

o homo Dei, cum Simeni[1] vestro hanc urbem salvare ne subverteretur? » Et elevans manum, excussit sudarium quod tenebat super medietatem urbis ; et statym conruerunt omnia edifitia, vel quodcumque ibi structum fuit; ibique obpressi sunt senis[2] cum infantibus, viri cum mulieribus, atque uterque sexus interiit. Quod ille cernens, tam de persona viri quam de sonito ruinę hebes effectu[3], ruit in terram et factus est velut mortuos[4]. Elevansque iterum vir ille manum cum sudarium quasi super aliam medietatem urbis, adprehensus est a duobus sotiis, qui cum eo erant, atque obsecratus terribilibus sacramentis, ut indulgeret medietatem urbis, ne rueret; mitigatusque a forure[5], sustenuit manum suam, atque elevans hominem, || qui corruerat || Col. 518.
in terram, ait : « Vade a[d] domum tuum. Nec[6] ctimeas! Fol. 331 v°.
Filii enim tui cum uxori et omni domo tua salvi sunt, nec quisquam ex eis periit; costodivit[7] enim te oratio assidua et elimosinæ, quas cotidie exercis[8] in pauperis[9]. » Et hec dicens, discesserunt ab oculis eius nec ei apparuerunt ultra. Ille autem regressus in urbe, repperit urbis medietatem derutam[10] atque subversam cum hominibus pecoribusque, ex quibus nonnulli a ruinis deinceps extracti sunt mortui, pauci debilitate repperti sunt vivi. Verumtamen nec illa cessata sunt, que vero huic ab ipso, ut ita dicam, angelo Domini sunt effata. Nam veniens, omnem domum suam incolomem repperit; tantum funera propinquorum, que in aliis domibus effecta fuerant, lamentabant; protexitque eum in medium iniquorum dextera Domini cum domo sua; salvatusque est a periculis mortis, hac velut memoratus Loth quondam in Sodomis.

XXV. At in Galleis Masiliensim provintiam morbus sepe nominatus invasit. Andecavos, Namneticus[11] atque Cenomanicus[12] valida famis oppressit. Initia sunt enim hec dolorem[13],

---

1. *Corr.* Semeni, *pro* Simeoni. — 2. *Corr.* senes. — 3. *Corr.* effectus. — 4. *Corr.* mortuus. — 5. *Corr.* furore. — 6. *Sic, pro* Ne timeas. — 7. *Corr.* custodivit. — 8. *Corr.* exerces. — 9. *Corr.* pauperes. — 10. *Corr.* dirutam. — 11. *Corr.* Namneticos. — 12. *Corr.* Genomannicos. — 13. *Corr.* dolorum.

... illud quod *Dominus* ait in Euangelio[1]: *Erunt pistilentie[2], fames et terre motus per loca; et exurgent[3] pseudochristi et pseudoprophetę, et dabunt signa et prodigia in celo, ita ut electus in errore mitant[4]*; sicut presenti gestum est tempore. Quidam enim ex Bitorico[5], ut ipse postmodum est professus, dum saltus silvarum ingressus ligna cęderęt explendam operis cuiusdam necessitatem, muscarum eum circumdedit examen, qua de causa per biennium amens est habitu[s]; unde || Fol. 332. intellegi datur, diabolici emmissionis fuisse nequitia. Post hec, transactis urbibus propinquus, Arelatensim provintiam adiit: ibique indutus pellibus, quasi relegiosus orabat. Ad quem inludendum pars adversa divinandi ei tribuit facultatem. Ex hoc, ut in maiore proficeret scelere, commotus a d\ loco, provintiam memoratam deserens, Gaballitane regiones[6] terminum est ingressus, pro||ferens se magnum ac profiteri se non metuens Christum, adsumptam secum mulierem quendam pro sorore, quam Maria vocitare fecit. Confluebat ad eum multitudo populi, exibens[7] infirmus[8], quos contingens sanitati reddebat. Conferebant ei aurum argentumque ac vestimenta hi qui ad eum conveniebant. Quod ille, quo fatilius[9] seduceret, pauperibus erogabat, prosternense[10] solo, effundens orationem cum mulierem memoratam, et surgens, se iterum a d circumstantibus adorare iobebat[11]. Predicabat enim futura, et quibusdam morbus, quibusdam damna provenire denuntiabat, paucis salutem futuram. Sed hec omnia diabolicis artibus et pristigiis[12] nescio quibus agebat. Seducta est autem multitudo per eum inmensa populi, et non solum rustitiores, virum[13] etiam sacerdotes eclesiastice[14]. Sequebantur autem eum amplius trea milia populi. Interea cepit quosdam spoliare ac predare, quos in itinere repressit[15], spolia tamen non abentibus[16] || largiebatur. Episcopis ac civibus moenas[17] mortis intendebat,

Col. 319. (margin, beside "nes[6] terminum est ingressus")
Fol. 332 v°. (margin, beside "in itinere repressit")

1. *Matth.* 24,7 *et Marc.* 13,22. — 2. *Corr.* pestilentię. — 3. *Corr.* exsurgent. 4. *Corr.* mittant. — 5. *Corr.* Biturico. — 6. *Corr.* regionis. — 7. *Corr.* exhibens. — 8. *Corr.* infirmos. — 9. *Corr.* facilius. — 10. *Corr.* prosternens se. — 11. *Corr.* iubebat. — 12. *Corr.* prestigiis. — 13. *Corr.* verum. — 14. *Corr.* ecclesiasticę. — 15. *Corr.* represset. — 16. *Corr.* habentibus. — 17. *Corr.* minas.

eo quod ab his adorare dispicitur. Ingressus autem Vellavę urbis terminum, ad locum quem Anitium vocitant accedit et ad basilicas propinquas cum omni exercitu restitit, instruens ætiam[1], qualiter Aurilio[2], ibidem tunc consistentem episcopo, bellum inferret, mitens et amantes[3] nuntios[4], homines nudo corpore saltantes adque ludentes, qui adventum eius adnunciarent. Quod stupens episcopus, direxit ad eum viros extrenuos[5], inquerentes[6] quid sibi vellent ista que gereret[7]. Unus autem ex his, qui erat senior, cum se inclinasset, quasi osculaturus genua eius ac discusurus viam illius, iussit eum adprehensum expoliari. Nec mora, illi, evaginato gladio, in frustra cedit[8], ceciditque Cristus ille, qui magis antecristus nominare || debet, et mortuus est; Col. 520. dispersique sunt omnes, qui cum eo erant. Maria autem subplitiis debita, omnia fantasmata eius ac prestigias publicavit. Nam homines ille[9], quod ad se credendum diabolica circumventione turbaverat, numquam ad sensum integrum sunt reversi, sed hunc semper quasi Christum, Maria autem illa partem dietatis[10] habere profitebant. Sed et per totas Gallias emerserunt plerique, qui per as prestigias adiungentis[11] sibi mulierculas quasdam que debacchantes sanctos eos confiterentur, magnus[12] se in popolis[13] preferebant; ex quibus nos plerosque vidimus, quos obiurgantes revocare ab errore nisi sumus. ||

XXVI. Regnimodis[14] Parisiacę urbis episcopus obiit. Fol. 333. Cumque germanus eius Faramodus presbiter pro epis[co]pato concurret, Eusebius quidam negotiator genere Sirus, datis multis muneribus, in locum eius subrogatus est; hisque, accepto episcopato, omnem scola[15] decessoris sui obiciens, Syrus de genere suo eclesiasticę[16] domui ministros statuit. Obiit et Sulpitius Bituricæ urbis pontifex, cathedramque eius Eustasius Agustidunensis diaconus est sortitus.

---

1. *Corr.* aciem. — 2. *Corr.* Aurelio. — 3. *Sic, pro* etiam ante se. — 4. *Corr.* nuntius. — 5. *Sic, pro* strenuos. — 6. *Corr.* inquirentes. — 7. *Corr.* gererent. — 8. *Corr.* concidit. — 9. *Corr.* illi. — 10. *Sic, pro* deitatis. — 11. *Corr.* adiungentes. — 12. *Corr.* magnos. — 13. *Corr.* populis. — 14. *Corr.* Regnimodus. — 15. *Corr.* scolam. — 16. *Corr.* ecclesiasticę.

XXVII. Inter Tornacensis quoque Francos non mediocris disceptatio est orta, pro eo quod unius filius alterius filium, qui sororem eius in matrimonium acceperat, cum ira sepius obiurgabat, cur, coniuie[1] relicta, scortum adiret. Que iracondia[2], cum emendatio criminati non succedit, usque adeo elata est, ut enruens[3] puer super cognatum suum, eum cum suis interficeret, atque ipse ab is[4] cum quibus venerat ille prosterneretur, nec remaneret quispiam ex utrisque nisi unus tantum, cui percusor[5] defuit. Ex hoc parentes utriusque inter se sevientes, a Fredegunde regina plerumque Col. 521. argue||bant, ut, relicta inimiticia, concordis[6] fierent, ne pertinatia litis in maiore subveherętur scandalum. Sed cum eosdem verbis lenibus placere nequiret[7], utrumque bipinnę conpescuit. Invitatis etenim ad epulum multis, hos in unum tres fecit sedere subsellium; cumque in eo prandium elongatum fuisset spatio, ut nox mundum obrueret, ablata mensa, sicut mox[8] Francorum est, illi in subsellia sua, sicut locuti[9] fuerant, resedebant. Putatoque[10] vino multo, in Fol. 333 v°. tanto crapulati sunt, ut pueri eorum madefacti || per angulus domus, ubi quisque conruerat, obdormierit[11]. Tunc ordinati a mulieri viri cum tribus securibus, a tergo horum trium adsteterunt[12], illique conloquentibus, in unum, ut ita dicam, adsaltu puerorum manus libratae, hominibus perculsis, ab epulo est discessum. Nomina quoque virorum Charivaldus, Leodovaldus atque Valdenus. Quod cum parentibus perlatum fuisset, custodire archius Fredegunde ceperunt, dirigentes nuntius[13] ad Hildebertum regem, ut conprehensa interficerętur. Conmotus autem cum hec causa Campanensis populis, dum moras innectiret[14], hec[15] suorum ereppit[16] auxilium, ad locum alium properavit.

XXVIII[17]. Post hec legatus[18] at Gunthramnom regem mittit, dicens : « Proficiscatur dominus meus rex usque Parisius,

1. *Corr.* coniuge. — 2. *Corr.* iracundia. — 3. *Corr.* inruens. — 4. *Corr.* his. — 5. *Corr.* percussor. — 6. *Corr.* concordes. — 7. *Corr.* nequiveret. — 8. *Corr.* mos. — 9. *Sic, pro* locati. — 10. *Corr.* Potatoque. — 11. *Corr.* obdormieret. 12. *Corr.* adstiterunt. — 13. *Corr.* nuntios. — 14. *Corr.* innecteret. — 15. *Corr.* hęc. — 16. *Corr.* erippit. — 17. *Corr.* XXVI. — 18. *Corr.* legatos.

et arcessitu[1] filio meo, nepote suo, iubeat eum baptismatis gratia consecrare; ipsumque de sancto lavacro exceptum, tamquam alumnum proprium habere dignitur[2]. » Hec[3] audiens rex, commotis episcopis, id est Eterium[4] Lugdonensim, Sidiarium Agustoduensim Flavumque Cavillonensim, vel reliquis, quos [voluit], Parisius accedere iubet, indecans[5] se postmodum secuturum. Fuerunt etiam ad hoc placitum multi de regno eius tam domestici quam comites ad prehenda[6] regalis expense necessaria. Rex autem, deliberatione acta, ut ad hec deberet accedere, pedum est dolore proibitus[7]. Postquam autem con||valuit, accessit Parisius; Col. 522.
exinde ad Rotoialinsim villam ipsius urbis properans, evocato puero, iussit baptisterium prepa[ra]ri in vico Nemptudoro. Dum autem hec agerentur, legati Hildeberti regis accesserunt || ad eum, dicentes : « Non enim sta[8] nuper nepote Fol. 334.
tuo Hildeberto pollicitus eras, ut cum inimicis eius amicitias conlocaris. Sed in quantum cernimus, nihil de promisione tua custodis, sed potius que promiseras pretermittis et puerum istum in urbis Parisiacæ cathedram regem statues. Iudicavit enim Deus, quia non reminisceris que ultro pollicitus es. » Hec his dicentibus, rex ait : « Promissionem, quam in nepotem meum Hildebertum regem statutam habeo, non enim obmitto. Nam illum non oportet scandalizare, si consubrinum[9] eius, filium fratres mei, de sancto suspitiam[10] lavacro, quia hanc petitionem nullus christianorum debet abnuere. Eamque ęgo, ut Deus manifestissimę novit, non calliditate aliqua, sed in simplicitate puri corpis[11] agere copio, quia offensam Divinitatis incurrere formido. Non est enim humilitas genti nostre, si hic a me suspitiatur[12]. Si enim domini proprius[13] famulo[14] de sacro fonte suscipiunt, cur et mihi non liciat[15] propinquum parentem excipere ac filium facere per baptismi gratiam spiritalem? Abscidete[16] nunc et nuntiate domno vestro : « Pactionem, quam tecum

---

1. *Corr.* arcessito. — 2. *Corr.* dignetur. — 3. *Corr.* Hęc. — 4. *Corr.* Etherium. — 5. *Corr.* indicans. — 6. *Corr.* adprehendenda. — 7. *Corr.* prohibitus. — 8. *Corr.* ista. — 9. *Corr.* consobrinum. — 10. *Corr.* suscipiam. — 11. *Corr.* corporis, *pro* cordis. — 12. *Corr.* suscipiatur. — 13. *Corr.* proprios. — 14. *Corr.* famulos. — 15. *Corr.* liceat. — 16. *Corr.* Abscedete.

pepigi, custodire cupio inlibatam; quam si tuæ conditionis noxa non obmiserit, a me prorsus obmitti non queit. » Et hec dicens, legatis discendentibus, rex accendens[1] ad lavacrum sanctum, obtulit puerum ad baptizandum. Quem excipiens, Chlotharium vocitari voluit, dicens : « Criscat[2] puer et huius sit nominis exsecutur[3] ac tale potentia polleat, sicut ille quondam cuius nomen indeptus est. » Quod misterium celebratum, invitatum ad epulum parvolum multis muneribus oneravit. Similiter et rex ab eodem invitatus plerisque donis refertus, abscessit et ad Cavilonensem urbem redire statuit.

Fol. 334 v°.

Col. 323. XXVIIII. Incipiunt de virtutibus vel de transitu Aredii abbate, qui oc anno terras relinquens, vocante Domino, migravit ad celum. Lemovicini urbis incola fuit, non mediocribus regiones sue ortus parentibus, sed valde ingenuis. Hic Teudoberto regi traditus, aulitis palatinis adiungitur. Erat enim tunc temporis apud urbem Trivericam vir eximię sanctitatis Nicetius episcopus, non solum in predicatione admirabilis fecundie, virum[4] etiam in operibus bonis ac mirabilibus celeberrimus habebatur in plebe. Qui intuens puerum in regis palatio, nescio quid in vultu eius cernens divinum, precepit et se qui[5] sequi. At ille, relicto regis palatio, secutus est eum. Cumque ingressi in cellulam, de his que ad Deum pertinent confabularentur, expetiit adulescens a beato sacerdote se corrigi, ab eo et docere, ab eo inbui ac in diversis voluminibus ab eodem exercere. Cumque in huius studii flagrantia cum antestete memorato degeret, tonsorato iam capite, quadam die, psallentibus clericis in eclesia, discendit columba e camera, que leviter volitans circa [e]um, redit[6] super caput eius, illud indicans, ut opinor, eum Spiritus sancti gratia iam repletum. Quam cum ille non sine pudore conaretur abegere[7], hec paulilum[8] circumvolans, iterum super capud eius aut super scapulam resedebat: que

1. [illegible] accendens [illegible] Crescat. — 3. Corr. exsequitur. — 4. Corr. verum. — 5. [illegible] — 6. [illegible] resedit. — 7. Corr. abigere. — 8. Corr. paululum.

non modo ibi, sed etiam cum in cellulam[1] episcopi ingrederetur, iugiter comitabatur cum eo. Quod per dies plurimus[2] factum, non sine admirationem[3]

episcopus intendebat. Exinde vir Dei, Spiritu, ut diximus, sancto repletus, ad patriam, genitore ac germano defunctis, regreditur, consolaturus Pelagiam genitricem, quae nullum parentem praeter hanc sobolem spectabat. Deinde cum ieiuniis atque orationibus vacabat, deprecatur eam, ut omnis cura domus, id est sive correctio familiae sive exercitio agrorum sive cultus vinearum, ad eam aspiceret, ne huic viro aliquod accideret impedimentum, quo ab oratione cessaret; unum sibi tantum privilegium vindicans, ut ad ecclesias aedificandas ipse praeesset. Quid plura? Construxit templa in Dei ho||nore sanctorum, expediitque eorum Col. 524.
pignera, ac ex familia propria tonsuratos instituit monachos, cenobiumque fundavit, in quo non modo Cassiani, verum etiam Basilii vel reliquorum abbatum, qui monasterialem vitam instituerunt, celebrantur regulae, beata muliere victum atque vestitum singulis ministrante. Nec minus haec tamen impedita hoc onere in Dei laudibus perstrepebat, sed assidue, etsi quiddam operis exerceret, semper orationem Domino, tanquam odorem incensi acceptabilis offerebat. Interea ad sanctum Aridium coeperunt infirmi confluere, quos, manus singulis cum crucis vexillo imponens, sanitati reddebat. Quorum si singillatim nomina scribere velim, nec numerum percurrere valeo nec vocabula memorare; unum tantum novi, quod quicumque ad eum aeger advenit sospes abscessit. De maioribus quoque miraculis parva proponimus. Iter quodam tempore cum genitrice dum ageret et sancti Iuliani martyris ad basilicam properaret, venerunt vespere in quodam loco. Erat autem locus ille aridus et absque fluentis currentibus infecundus. Dixitque ad eum mater eius : « Fili, aqua non habemus, et qualiter hic nocte praesenti quiescere possumus? » At ille prostratus in oratione, diutissime preces fudit ad Dominum; et erigens se, defixit virgam in terram, quam manu gerebat, eamque cum bis aut tertio in gyro vertisset, ad se laetus extraxit; moxque unda aquae secuta est tam valida, ut non solum ipsis de praesenti, sed etiam pecoribus affatim deinceps pocula ministraret. Nuperrimo autem tempore iter carpens, nimbos ad eum pluviae advenire coepit; quem ille cernens, paululum

1. *Corr.* cellolam. — 2. *Corr.* plurimos. — 3. *Cetera desunt in codice Bruxellensi, et ex edit.* Monum. Germ. Hist. *deprompta sunt.*

super equum, quem sedebat, caput inclinans, manus extendit ad Dominum. Consummata vero oratione, divisa est nubis in duabus partibus, ac in circuitu eorum immanis descendit pluvia; super eos tamen nulla stillicidia gutta descendit. Wistrimundi quoque cognomento Tattonis civis Turonici dentes graviter inferebat dolorem, ex quo etiam maxilla intumuerat. Quod cum beato viro||
Col. 525. questus fuisset, manum super locum doloris imposuit, statimque dolor fugatus est, nusquam deinceps ad iniuriam hominis excitatus est. Haec ipse qui passus est retulit. De his vero signis, quae per virtutem sancti Iuliani martyris Martinique confessoris beati in eius manibus Dominus operatus est, pleraque in libris Miraculorum, sicut ipse effatus est, scripsimus. Post has vero et multas alias virtutes, quas, Christo cooperante, complevit, advenit Turonus post festivitatem sancti Martini, ibique paululum commoratus, dixit nobis se haud longaevo tempore adhuc in hoc mundo retinere aut certe velocius dissolvi; et vale dicens, abscessit, gratias agens Deo, quod, priusquam obiret, sepulchrum beati antistitis osculare promeruit. Cumque ad cellam suam accessisset, testamento condito, ordinatis omnibus ac sancto Martino Hilarioque antistitibus heredibus institutis, aegrotare coepit ac dissenteriae morbo gravari. Sexta quoque aegrotationis eius die mulier, quae ab spiritu immundo saepius vexata a sancto emundari non poterat, ligatis per se a tergo manibus, clamare coepit ac dicere : « Currite cives, exsilite populi, exite obviam martyribus confessoribusque, qui ad excessum beati Aridii conveniunt. Ecce adest Iulianus a Brivate, Privatus ex Mimate, Martinus a Turonus Martialisque ab urbe propria. Adest Saturninus a Tolosa, Dionysius ab urbe Parisiaca, nonnulli et alii, quos caelum retinet, quos vos ut confessores et Dei martyres adoratis. » Haec cum in exordio noctis clamare coepisset, a domino suo revincta est; sed nequaquam potuit continere. Quae rumpens vincula, ad monasterium cum his vocibus properare coepit; moxque beatus vir spiritum tradidit, non sine testimonio veritatis, quod sit susceptus ab angelis. Mulierem quoque in exequiis suis cum alia muliere nequitiori spiritu vexata, ut est sepulchro tectus, a nequitia infesti daemonii emundavit. Et credo,
Col. 526. ob hoc Dei nutu easdem in corpore positus non po||tuit emundare, ut exequiae illius hac virtute glorificarentur. Post celebrato vero funere mulier quaedam rictu patulo sine vocis officio ad eius accessit tumulum, quod osculis delibato, elocutionis meruit recipere beneficium.

XXX. Hoc anno mense secundo tam in Turonica quam in Namnetica gravis populum lues adtrivit, ita ut modico quisque aegrotus capitis dolore pulsatus, animam funderet. Sed factae rogationes cum grandi abstinentia et ieiunio, sociatis etiam elemosinis, averso divini furoris impetu mitigatum est. Apud Lemoficinam vero urbem ob dominici diei iniuriam, pro id quod in eo operam publicam exercerent, plerique igne caelesti consumpti sunt. Sanctus enim est hic dies, qui in principio lucem conditam primus vidit ac dominicae resurrectionis testis factus emicuit; ideoque omni fide a christianis observari debet, ne fiat in eo omne opus publicum. In Turonica vero nonnulli ab hoc igne, sed non die dominico, sunt adusti. Siccitas immensa fuit, quae omne pabulum herbarum averteret, unde factum est, ut gravis morbus in pecoribus ac iumentis invalescens, parum unde sumeretur origo relinqueret; sicut Abbacuc propheta vaticinatus est[1] : *Deficient ab esca oves, et non erunt in praesepibus boves.* Non modo enim in domesticis, verum etiam in ipsis ferarum immitium generibus haec lues crassata est. Nam per saltus silvarum multitudo cervorum vel reliquorum animantium prostrata per invia nacta est. Foenum ab infusione pluviarum et inundatione amnium periit, segetes exiguae, vineae vero profusae fuerant; quercorum fructus ostensi effectum non obtinuerunt.

XXXI. IN CHRISTI NOMINE INCIPIT DE EPISCOPIS TURONICIS. Licet in superioribus libris quaedam scripsisse visus sim, tamen propter ordinationem eorum et supputationem, quo tempore primum praedicator ad Turonicam accessit urbem, reciprocari placuit.

Primus Gatianus episcopus an||no imperii Decii primo a Romanae sedis papa transmissus est. In qua urbe multitudo paganorum in idolatriis dedita commorabatur, de quibus nonnullos praedicatione sua converti fecit ad Dominum. Sed interdum occulebat se ob inpugnationem potentum, eo quod saepius eum iniuriis et contumeliis, cum repperirent, adfecissent; ac per criptas et latibula cum paucis christianis, ut diximus, per eodem conversis, mysterium sollempnitatis die dominica clanculo caelebrabat. Erat autem valde religiosus et timens Deum; et, nisi fuisset talis, non utique domus, parentes et patriam ob dominici amoris diligentiam reliquisset. In hac urbe sub tali conditione

Col. 527.

1. *Hab.* 3, 17.

perpensius, ut ferunt, annos [quinquaginta] commoratus, obiit in pace, et sepultus est in ipsius vici cimiterio, qui erat christianorum; et cessavit episcopatus triginta septem annis.

Secundus anno imperii Constantis primo Litorius ordinatur episcopus. Fuit autem ex civibus Turonicis, et hic valde religiosus. Hic aedificavit ecclesiam primam infra urbem Turonicam, cum iam multi christiani essent; primaque ab eo ex domo cuiusdam senatoris basilica facta est. Huius tempore sanctus Martinus in Galliis praedicare exorsus est. Sedit autem annis triginta tribus et obiit in pace; sepultusque est in suprascripta basilica, quae hodieque eius nomine vocitatur.

Tertius sanctus Martinus anno octavo Valentis et Valentiniani episcopus ordinatur. Fuit autem de regione Pannoniae, civitate Sabaria. Qui ob amorem Dei apud urbem Mediolanensem Italiae
Col. 598. primo monasterium ‖ instituit; sed ab haereticis, eo quod sanctam Trinitatem intrepidus praedicaret, virgis caesus atque expulsus de Italia, in Galliis accessit. Multos paganorum converti fecit, templa eorum statuasque confregit, fecitque multa signa in populo, ita ut ante episcopatum duos suscitaret mortuos, post episcopatum autem unum tantummodo suscitavit. Hic transtulit corpus beati Gatiani sepelivitque eum iuxta sepulchrum sancti Litorii in illa nominis sui praefata basilica. Hic prohibuit Maximum, ne gladium in Hispania ad interficiendos destinaret haereticos, quibus sufficere statuit, quod a catholicorum ecclesiis erant vel communione remoti. Consummato ergo praesentis vitae cursu, obiit apud Condatensem vicum urbis suae anno octogesimo primo aetatis. De quo vico navigio sublatus, Turonus est sepultus in loco, quo nunc adoratur sepulchrum eius. De cuius vita tres a Severo Sulpicio libros conscriptos legimus. Sed et praesenti tempore multis se virtutibus declarat. In monasterio vero qui nunc Maior dicitur basilicam in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli aedificavit. In vicis quoque, id est Alingaviensi, Solonacensi, Ambaciensi, Cisomagensi, Tornomagensi, Condatensi, destructis delubris baptizatisque gentilibus, ecclesias aedificavit. Sedit autem annos viginti sex, menses quattuor, dies decem et septem; et cessavit episcopatus dies viginti.

Quartus Briccius ordinatur episcopus anno Archadii et Honorii secundo, cum pariter regnarent. Fuit autem civis Turonicus, cui
Col. 599. tricesimo tertio episcopatus anno crimen adulterii est impactum [illegible] Iustinianum episcopum ordinaverunt. Briccius vero ad papam Urbis dirigit. Iustinianus

autem post eum abiens, apud urbem Vercellensem obiit. Turonici iterum malignantes, Armentium statuerunt. Bricius vero septem apud papam Urbis annis degens, idoneus inventus a crimine, ad urbem suam redire iussus est. Hic aedificavit basilicam parvulam super corpus beati Martini, in qua et ipse sepultus est. Cumque portam ingrederetur, Armentius per aliam portam mortuus efferebatur; quo sepulto, cathedram suam recepit. Hunc ferunt instituisse ecclesias per vicos, id est Calatonno, Bricca, Rodomago, Briotreide, Cainone; fueruntque omnes episcopatus eius anni quadraginta septem. Obiitque, et sepultus est in basilicam, quam super sanctum Martinum aedificavit.

Quintus Eustochius ordinatur [episcopus], vir sanctus et timens Deum, ex genere senatorio. Hunc ferunt instituisse ecclesias per vicos Brixis, Iciodoro, Lucas, Dolus. Aedificavit etiam ecclesiam infra muros civitatis, in qua reliquias sanctorum Gervasi et Protasi martyris condidit, quae a sancto Martino de Italia sunt delatae, sicut sanctus Paulinus in epistola sua meminit. Sedit autem annos septemdecim. Et sepultus est in basilica, quam Bricius episcopus super sanctum Martinum struxerat. ||

Sextus ordinatur Perpetuus, de genere et ipse, ut aiunt, sena- Col. 530.
torio et propinquus decessoris sui, dives valde et per multas civitates habens possessiones. Hic, submota basilica, quam prius Bricius episcopus aedificaverat super sanctum Martinum, aedificavit aliam ampliorem miro opere, in cuius absida beatum corpus ipsius venerabilis sancti transtulit. Hic instituit ieiunia vigiliasque, qualiter per circulum anni observarentur, quod hodieque apud nos tenetur scriptum, quorum ordo hic est.

De ieiuniis.

Post quinquagesimam quarta, sexta feria usque ad natale sancti Iohannis.

De kalendis septembris usque kalendas octobris bina in septimana ieiunia.

De kalendis octobris usque depositionem domni Martini bina in septimana ieiunia.

De depositione domni Martini usque natale Domini terna in septimana ieiunia.

De natale sancti Hilarii usque medio Februario bina in septimana ieiunia.

De vigiliis.

Natale Domini in ecclesia.

Epiphania in ecclesia.

Natale sancti Iohannis ad basilicam domni Martini.

Col. 531. *Natale sancti Petri episcopatus ad || ipsius basilicam.*

Sexto kalendas aprilis resurrectio Domini nostri Iesu Christi ad basilicam domni Martini.

Pascha in ecclesia.

Die Ascensionis in basilica domni Martini.

Die quinquagesimo in ecclesia.

Passio sancti Iohannis ad basilicam in baptisterio.

Natale sanctorum apostolorum Petri et Pauli ad ipsorum basilicam.

Natale sancti Martini ad eius basilicam.

Natale sancti Simphoriani ad basilicam domni Martini.

Natale sancti Litorii ad eius basilicam.

Item natale sancti Martini ad eius basilicam.

Natale sancti Bricii ad domni Martini basilicam.

Natale sancti Hilarii ad domni Martini basilicam.

Hic aedificavit basilicam sancti Petri, in qua cameram basilicae prioris posuit, quae usque nostris temporibus perseverat. Basilicam quoque sancti Laurenti monte Laudiaco ipse construxit. Col. 532. Huius tempore aedificatae sunt || ecclesiae in vicis, id est Evina, Mediconno, Barrao, Balatedine, Vernao. Condiditque testamentum et deputavit per singulas civitates quod possedebat, in eis ipsis scilicet ecclesiis, non modicam et Turonicae tribuens facultatem. Sedit autem annos triginta, et sepultus est in basilica sancti Martini.

Septimus vero Volusianus ordinatur episcopus, ex genere senatorio, vir sanctus et valde dives, propinquus et ipse Perpetui episcopi decessoris sui. Huius tempore iam Chlodovechus regnabat in aliquibus urbibus in Galliis. Et ob hanc causam hic pontifex suspectus habitus a Gothis, quod se Francorum ditionibus subdere vellet, apud urbem Tholosam exilio condempnatus, in eo obiit. Huius tempore vicus Mantolomaus aedificatus est, et basilica sancti Iohannis ad Maiorem monasterium. Sedit autem annos septem, menses duos.

Octavus Verus ordinatur episcopus. Et ipse pro memoratae

causae zelo suspectus habitus a Gothis, in exilio deductus vitam finivit. Facultates suas ecclesiis et bene meritis dereliquit. Sedit autem || annos undecim, dies octo. Col. 533.

Nonus Licinius, civis Andecavus, qui ob amorem Dei in Orientem abiit sanctaque loca revisit. Exinde digressus, in possessione sua monasterium collocavit infra terminum Andecavum, et postea abbatis officium monasterio, ubi sanctus Venantius abba sepultus est, functus, ad episcopatum eligitur. Huius tempore Chlodovechus rex victor de caede Gothorum Turonus rediit. Sedit autem annos duodecim, menses duos, dies viginti quinque, et sepultus est in basilica sancti Martini.

Decimo loco Theodorus et Proculus, iubente beata Chrodielde regina, subrogantur, eo quod de Burgundia iam episcopi ordinati ipsam secuti fuissent et ab hostilitate de urbibus suis expulsi fuerant. Erant autem ambo senes valde; rexeruntque ecclesiam Turonicam simul annis duobus, et sepulti sunt in basilica sancti Martini.

Undecimus Dinifius episcopus, et ipse ex Burgundia veniens. Qui per electionem praefatae reginae ad episcopatum accessit; cui aliquid de fisci ditionibus est largita, deditque ei potestatem faciendi de his rebus quae voluisset. Qui maxime ecclesiae suae quod fuit melius dereliquit; largitus est etiam quiddam et bene meritis. Sedit autem menses decem, et sepultus est in basilica sancti Martini.

Duodecimus Ommatius de senatoribus civibusque Arvernis, valde || dives in praediis. Qui, condito testamento, per ecclesias Col. 534. urbium in quibus possedebat facultates suas distribuit. Ipse exaltavit ecclesiam infra muros urbis Turonicae sanctorum Gervasi et Protasi reliquiis consecratam, quae muro coniuncta est. Hic coepit aedificare basilicam sanctae Mariae infra muros urbis, quam imperfectam reliquit. Sedit annos quattuor, menses quinque; obiitque et sepultus est in basilica sancti Martini.

Tertius decimus Leo ex abbate basilicae sancti Martini ordinatur episcopus. Fuit autem faber lignarius, faciens etiam turres olocriso tectas, ex quibus quaedam apud nos retinentur. In aliis etiam operibus elegans fuit. Sedit autem menses sex, et sepultus est in basilica sancti Martini.

Quartus decimus Francilio ex senatoribus ordinatur episcopus, civis Pictavus, habens coniugem Claram nomine, sed filios non habens. Fueruntque ambo divites valde in agris, quos maxime sancti Martini basilicae contulerunt, reliqueruntque quaedam et

proximis suis. Sedit autem annos duos, menses sex; obiitque et sepultus est in basilica sancti Martini.

Quintus decimus Iniuriosus, civis Turonicus, de inferioribus quidem populi, ingenuus tamen. Huius tempore Chrodieldis regina transiit. Hic peraedificavit ecclesiam sanctae Mariae infra muros urbis Turonicae. Huius tempore et basilica sancti Ger- Col. 535. mani aedificata est. Vici etiam Noviliacus et || Luciliacus fundati sunt. Hic instituit tertiam et sextam in ecclesia dici, quod modo in Dei nomine perseverat. Sedit autem annos sexdecim, menses undecim, dies viginti sex; obiitque et sepultus est in basilica sancti Martini.

Sextus decimus Baudinus ex referendario Chlotharii regis ordinatur episcopus, habens et filios, multis elemosinis praeditus. Aurum etiam, quod decessor eius reliquerat, amplius quam viginti milia solidorum, pauperibus erogavit. Huius tempore alter vicus Noviliacus aedificatus est. Hic instituit mensam canonicorum. Sedit autem annos quinque, menses decem; obiitque et sepultus est in basilica sancti Martini.

Septimus decimus Guntharius ex abbate monasterii Sancti Venanti ordinatur episcopus, vir valde prudens, dum abbatis fungeretur officium, et saepius legationes inter reges Francorum faciens. Postquam autem episcopus ordinatus est, vino deditus, paene stolidus apparuit. Quae res eum in tantum amentem faciebat, ut convivas, quos bene noverat, nequiret agnoscere; saepius tamen eos conviciis agebat et improperiis. Sedit autem annos duos, menses decem, dies viginti duos. Obiit autem, et sepultus est in basilica sancti Martini. Cessavitque episcopatus anno uno.

Octavus decimus Eufronius presbiter ordinatur episcopus, ex genere illo, quod superius senatores nuncupavimus, vir egregiae sanctitatis, ab ineunte aetate clericus. Huius tempore civitas Turonica cum omnibus ecclesiis magno incendio concremata est; de quibus ipse postea duas reparavit, tertiam seniorem relin- Col. 536. quens desertam. Postea vero basilica sancti Mar||tini et ipsa incendio est adusta per Wiliacharium, cum ibi confugium pro Chramni quondam circumventione fecisset; quam postea idem pontifex texit stagno, opitulante rege Chlothario. Huius tempore basilica sancti Vincenti aedificata est. Taurisiaco, Cerate et Orbaniaco vicis ecclesiae aedificatae sunt. Sedit autem annos septemdecim, obiitque aetate septuagenaria, et sepultus est in basilica sancti Martini. Cessavitque episcopatus dies novemdecim.

Nonus decimus Gregorius ego indignus ecclesiam urbis Turo-

nicae, in qua beatus Martinus vel ceteri sacerdotes Domini ad pontificatus officium consecrati sunt, ab incendio dissolutam dirutamque nanctus sum, quam reaedificatam in ampliori altiorique fastigio septimo decimo ordinationis meae anno dedicavi; in qua, sicut a longevis aevo presbiteris comperi, beatorum ibidem reliquiae Acaunensium ab antiquis fuerant collocatae. Ipsam etiam capsulam in thesauro basilicae sancti Martini repperi, in qua valde putredine erat pignus dissolutum, quod pro eorum fuerat virtute delatum. Ac dum vigiliae in eorum honore celebrarentur, libuit animo haec iterum, praeluciscente cereo, visitare. Quae dum a nobis attente rimantur, dicit aedis aedituus : « Est hic, inquit, lapis opertorio tectus, in quo quid habeat, prorsus ignoro, sed nec praecessores ministros huius custodiae scire comperi. Deferam eum, et scrutamini diligenter, quid contineat infra conclusum. » Quem delatum reseravi, fateor; et inveni in eum capsulam argenteam, in qua non modo beatae legionis testium, verum etiam multorum sanctorum tam martyrum quam confessorum reliquiae || tenebantur. Nancti etiam sumus et alios Col. 537. lapides, ita ut hic erat, concavos, in quibus sanctorum apostolorum cum reliquorum martyrum pignora tenebantur. Quod munus ego divinitus indultum admirans et gratias agens, celebratis vigiliis, dictis etiam missis, haec in ecclesia collocavi. In cellula sancti Martini ecclesiae ipsi contigua sanctorum Cosmae et Damiani martyrum reliquias posui. Basilicae sanctae parietes adustos incendio repperi, quos in illo nitore vel pingi vel exornari, ut prius fuerant, artificum nostrorum opere imperavi. Baptisterium ad ipsam basilicam aedificare praecepi, in quo sancti Ioannis cum Sergii martyris reliquias posui; et in illo priore baptisterio sancti Benigni martyris pignora collocavi. In multis vero locis infra Turonicum terminum ecclesias et oratoria dedicavi sanctorumque reliquiis illustravi; quae memorare ex ordine prolixum censui.

Decem libros Historiarum, septem Miraculorum, unum de Vita Patrum scripsi; in Psalterii tractatu librum unum commentatus sum; de Cursibus etiam ecclesiasticis unum librum condidi. Quos libros licet stilo rusticiori conscripserim, tamen coniuro omnes sacerdotes Domini, qui post me humilem ecclesiam Turonicam sunt recturi, per adventum domini nostri Iesu Christi ac terribilem reis omnibus iudicii diem, si numquam confusi de ipso iudicio discedentes cum diabolo condempnemini, ut numquam libros hos aboleri faciatis aut rescribi, quasi quaedam eli-

gentes et quaedam praetermittentes, sed ita omnia vobiscum integra inlibataque permaneant, sicut a nobis relicta sunt. Quod si te, sacerdos Dei, quicumque es, Martianus noster septem Col. 588. disci||plinis erudiit, id est, si te in grammaticis docuit legere, in dialecticis altercationum propositiones advertere, in rethoricis genera metrorum agnoscere, in geometricis terrarum linearumque mensuras colligere, in astrologiis cursus siderum contemplare, in arithmeticis numerorum partes colligere, in armoniis sonorum modulationes suavium accentuum carminibus concrepare; si in his omnibus ita fueris exercitatus, ut tibi stilus noster sit rusticus, nec sic quoque, deprecor, ut avellas quae scripsi. Sed si tibi in his quiddam placuerit, salvo opere nostro, te scribere versu non abnuo. Hos enim libros in anno vigesimo primo ordinationis nostrae perscripsimus; et licet in superioribus de episcopis scripserimus Turonicis, adnotantes annos eorum, non tamen sequitur haec supputatio numerum chronicale, quia intervalla ordinationum integre non potuimus repperire. Est ergo omnis summa annorum mundialium talis :

A principio usque ad diluvium anni MMCCXLII.

A diluvio usque ad transitum filiorum Israhel in mari Rubro anni MCCCCIIII.

Ab hoc maris transitu usque ad resurrectionem dominicam anni MDXXXVIII.

A resurrectione dominica usque ad transitum sancti Martini anni CCCCXII.

A transitu sancti Martini usque ad memoratum superius annum, id est ordinationis nostrae primum et vicesimum, qui fuit Gregorii papae Romani quintus, Guntchramni regis trigesimus primus, Childeberti iunioris decimus nonus, anni CXCVII.

Quorum omnis summa est anni MMMMMDCCXCII.

EXPLICIT IN CHRISTI NOMINE LIBER HISTORIARUM DECIMUS.

INDEX ALPHABETICUS

A

B

C

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Z

